

www.e-rara.ch

Strabonis ... Rerum geographicarum commentarii libri septemdecem

Strabo

Basileae, 1571

Eisenbibliothek Schlatt

Shelf Mark: EM/Rb 742

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-61125>

[Liber undecimus.]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBER VNDECIMVS.

ARGVMENTVM.

Vndecimus Asiam incipit, quam Tanais in superioribus septentrionis partibus nascens disjungit ab Europa. Continet hic inter gentes Tanaidis ortui adiacentes, orientem ac meridiem uersus item omnes Cartaras nationes quæ Caucasum montem incolunt, e quibus sunt Amazones Massagetae, Scythæ, Albani, Iberes, Bactirici, Caspij, Medi, Persæ, Armenia duæ usque in Mesopotamiam complectitur etiam Troglodytae, & gentes eas quæ Hemiochi dicuntur. Item Sceptuchos, Choanos, Assyrios, Polyphagos, Abianos, Siracos, Tapyros. Meminit Iasonis, & Medea, & urbium quas condiderunt: meminit etiam Xerxis, Mithridatis, & Alexandri eius qui ex Philippo natus est.



Taurus mons.

IE Asia, quæ ad Tanaïm flumen Europam attingit, deinceps nobis dicendum est, ea quæ naturalibus quibusdam terminis circūscribenda perspicuitatis causa: id quæ de Asia nobis agendum est, quod de tota habitata terra fecit Eratosthenes. Eam continentem Taurus mediam ferè cinguli in morem diuidit, ab occasu 1 ad ortum porrectus, unamquæ eius partem uersus septentriones, alterum uersus meridiem relinquens. Græci unam partem intra, alteram extra Taurum appellant. Hæc autem quoque dicta sunt: sed nunc memoriæ causa renouanda repetantur. Latus est Taurus sæpe etiam tria stadiorum millia, longitudine (quanta etiam Asia est) XLV millium, à continente quæ Rodo obposita est usque ad extremitates Indiæ & Scythiæ orientales. Diuiditur autem in partes uarias, & nomina circumscriptionibus quàm maioribus quàm minoribus definita. Quoniam autem in tanta latitudine montis comprehenduntur quædam gentes, aliæ obscuriores, aliæ admodum notæ, ut Parthorum, Medorum, Armeniorum, Cappadoces aliqui & Cilices, ac Pisidæ: quæ ad septentrionalem plagam inclinant, in ea collocari debent: quæ ad Austrum, in meridionali. quæ in medijs sunt montibus, ob aeris similitudinem septentrionalibus adiungendæ uidentur: frigida enim sunt, austrina calida. Fluminum quoque effluxus ferè omnes in diuersas feruntur partes, alij septentrionales, alij meridionales: saltem ab initio: tamen quidam deinde uersus ortum aut occasum conuertuntur.

† Opportuneque adhibentur montes hi ad Asiæ in duas partes diuisionem terminis suis includendam. sicut mare quod intra columnas est, & ferè maiori parte ad lineam rectam Tauro opponitur, commodè duas continentes Europam atque Africam distinguit, memorabilis utriusque limes. Caterum in descriptione terræ ex Europa in Asiam transeunti, huius partes septentrionales primò occurrunt de sectione in duas facta portiones: itaque ab his ordiemur. Ex his prima sunt ea, quæ iuxta Tanain sunt sita, quem Asiæ atque Europæ limitem constitueramus. Ea quodammodo peninsulam referunt. Includuntur enim uersus occasum fluuius Tanai, & palude Maotide usque ad Bosporum & oram Euxini maris maritimam quæ in Colchidem desinit: à septentrione Oceano, usque ad ostium Caspij maris. ab ortu ipso mari Caspio, usque ad confinia Albanæ & Armeniæ, quæ Cyrus & Araxes fluuij effunduntur, hic per Armeniam, ille per Iberiam & Albaniam labens. à meridie ea terra, quæ ab ostijs Cyri usque ad Colchidem, à mari ad mare per Albaniam & Iberos porrigitur, ac isthmi formam habet, stadiorum circiter CXC. Ratio eorum habenda nulla est, qui cum Clitarcho adeo in arctum cogunt eum isthmum, ut eluione utriusque maris perfundi dicant. Posidonius eum facit latum CXC stadia: quantum hunc etiam, qui à Pelusio ad rubrum est mare. neque multum putato (ait.) ab his differre eum qui à Maotide est ad Oceanum usque. Caterum haud scio quomodo ei fidem habere quisquā possit de rebus obscuris dicenti, ubi nullam habet quam sequatur probabilitatem: quando tam aliena à ratione pronunciat de rebus manifestis. eum quidem Pompeij amicus fuerit, qui exercitum in Iberos Albanosque duxit, ad utrumque usque mare, Caspium ac Colchicum. Etenim Pompeium aiunt Rodum uenisse, quo tempore ad bellum piraticum proficiscebatur,

ASIAE

mox

ASIAE II. TAB V.

LA, CONTINET SARMATIAM ASIATICAM. PARALLELVS IPSIVS MEDIVS RATIONEM habet ad meridianum, quam 7 ad 12. Terminatur autem tabula ab ortu Scythica & parte Caspij maris. Ab austro Albania & Iberia & Colchide & parte Euxini ponti. Ab occasu palude Maeotide atque Sarmatia Europe. Ab arctis, terra incognita.

		H.	m.	H.	m.
Insigniores Sarmatiae ciuitates.	Hermoneſa	15	50	Difſat ab Alex. ad or.	20
	Oemanthia	15	45		38
	Tanais	17	10		29
	Tyrambe	16	6		39
	Naubaris	17	15		40

G : T A :

mox aduersus Mithridatem ducturus & gentes ad Caspium usque mare sitas: ibique Possidonium dislerentem compellasse, inque suo discessu interrogasse, ecquid mandaret: eum autem dixisse,

Rem gere præclare, atque alijs præstare memento.

Iliad. f. 208.

2 Adiecit autem his, quod etiam historiam rerum eius gestarum conscripserit. Itaque oportebat eum ueri maiorem habere rationem. Secunda Asia pars cēseri potest, quod supra Hyrcanum siue Caspium mare est usque ad Indis propinquos Scythas. Tertia, quod dicto est contiguum, ac semper deinde ei & Caspijs portis succedentia, proxima intra Taurum sita regioni & Europæ. huius sunt Media, Armenia, Cappadocia, & his interiectæ regiones. Quarta, quæ intra Halyn flumen iacent, inque ipso Tauro, & extra eum sunt, & excidunt in peninsulam, quam isthmus facit Ponticum mare à Cilicio dirimens. In reliquis extra Taurum sitis, Indiam ponimus, & Arianam, usque ad gentes que pertinent ad mare Persicum, Arabicum sinum, Nilum, pelagus Aegyptium & Issicum. Hac dispositione facta, primam partem incolunt septentrionem uersus & Oceanum, Scythæ quidam uagi (. Nomades Græci appellant.) & in plaustris degentes uitam. citra hos Sarmatæ, ipsi quoque Scythæ, Aorsi & Siraci, usque ad Caucasios montes ad meridiem pertinentes: quorum alij incertis uagantur sedibus, alij in tentorijs degunt, ac agricolæ sunt. Circa a' udem Maotidem sunt Maotæ, & ad mare Bosporanum, 3 Asia est, & Sindica. Sequuntur Achæi, Zygi, Heniochi, Certetæ, & Macropogones, id est longibarbi. supra hos sunt Phthenophagorum, id est pediculos uorantium gens. Post Heniochos Colchis est, sub Caucasij & Moschicis montibus. Quoniam uero limitem Europæ & Asiæ posuimus Tanain fluuium, inde sumto principio singula iam nunc describemus.

Asia partes quinque.

TANAIS à partibus defeitur septentrionalibus quidem: non tamen ita, ut eregione ad lineam contra Nilum fluat, quæ fuit quorundam opinio. Tanais quàm Nilus magis est orientalis, itidem incognitos habens fontes. Sed Nilus magna pars nota est, cum regio per quam labitur, tota sit accessu facilis, & longas ipse habeat subuectiones. Tanaidis uero ostia quidem nouimus: (. duo autem sunt, quibus is in partes Maotidis maxime septentrionales sese exonerat, stadijs LX inter se distantia.) quod autem supra ostia est, eius pars exigua est cognita. fit hoc ob frigus & incommoditates regionis: quas indigenæ possunt tolerare, carnibus & lacte uiuentes Nomadum more: exteri sustinere non possunt. Alias etiam Nomades isti, a commercijs aliarum nationum alieni, multitudinem ac uiribus præpotentes, occluserunt itinera regionum, ubi ambulari poterat, & subuectiones si quas fluuius habuit. Hac de causa quidem censuerunt eum à Caucasij montibus ortum magno alueo aduersus septentriones ferri, inde retrò labentem in Maotin exire. his Theophanes quoque Mitylenæus adsentitur. Alij à superioribus Istri partibus ferri existimant. nequillum adferunt signum tam longinqui & ex diuersis climatibus defluxus: quasi potuerit è uicinia & à septentrione delabi. Supra flumen & ad paludem Maotidem urbs sita est, Tanais ipsa quoque appellata, condita à Græcis Bosporum incolentibus. Hanc iussa facere detrectantem rex Polemo nuper euastauit. commune fuit emporium Europæorum Asianorumque Nomadum, & ijs qui è Bosporo per paludem nauigabant: alteris mancipia & pelles adferentibus, & quæ aliæ sunt Nomadum merces, alteris uestem, uinum, aliaque ad cicurem uitam pertinentia permutantibus. Ante emporiū ad e stadia sita est Alopecia insula, quam conueniæ homines habitant. Sunt & aliæ parua insulæ ponè in palude. Tanais à faucibus Maotidis paludis abest recta aduersus septentrionem nauigatione stadijs CIO CIO CC neque multo plura sunt, si quis oram legat. Nauiganti ponè terram à Tanai intra IDDD stadia fluuii occurrit, qui magnus Rombites dicitur, ubi plurimi pisces ad salsamenta capiuntur. deinde ad alia IDDD Rombites paruus, promontorium quod & ipsum capturas habet piscium, sed minores. Priorès pro receptaculis usurpant minutas insulas: in minore Rombite ipsi Maotæ opus faciunt. ubique enim ea in ora Maotæ accolunt, agricolæ quidem, sed non minùs quàm Nomades bellicosi. Diuiduntur in gentes complures. quarum propiores Tanaidi, feriores sunt, Bosporo uiciniores magis mansuetæ. A Rombite minore IDC sunt stadia ad Tyramben

Tanais.

Bospori Cimmerici & uicinorum locorum descriptio.

ramben, & fluuium Anticeitam. deinde cxx ad pagum Cimbricum: ubi naues solunt qui paludem nauigant. In ora hac etiam speculae sunt, quae Clazomeniorum dicuntur. Cimmericum urbs fuit quondam, in peninsula iacens, isthmum fossa & aggere claudens. Fuit quodam tempore magna Cimmeriorum in Bosporo potentia, qui & Cimmerius ab his dictus fuit. Hi sunt qui regiones continentis à dextra Ponti sitas usque ad Ioniam incursionibus vexauerunt. Atque hos quidem Scythae istis è locis expulerunt: Scythas Graeci, qui Panticapaeum & alias in Bosporo urbes condiderunt. Deinceps ad Achilleum pagum stadia xx, ubi fanum est Achillis. Ibi angustissimus est traiectus oris Maoticæ paludia, xx circiter aut amplius stadiorum, in altera continente oppositur Myrmecium pagus & uicinum Herculeo. Parthenium deinceps ab Achilleo sequitur. Inde ad Satyri monumentum stadia xc. id est agger in quodam promontorio, factus ob memoriam uiri cuiusdam qui in Bosporo potentia claruit. Propè pagus est Patraeus. inde ad pagum Corocondamen cxxx. Hic est finis Bospori Cimmerici. Sic autem fauces appellantur in ore Maotidis, ab angustijs quae iuxta Achilleum & Myrmecium sunt pertinentes usque ad Corocondamen, & huic oppositum uicum Panticapaeorum terrae, qui Acra dicitur, freto stadiorum lxx interceptis. eò enim usque etiam glacies peruenit, Maotide per hyemem congelante interdum, ita ut ambulari pedibus possit. Totæ illæ angustiae portus habent bonos. Supra Corocondamen lacus est iustæ magnitudinis, quem ab ea uocant Corocondametin. is ad x à pago stadia in mare effluit in lacum hunc etiam pars Anticeitæ fluuij, insulamque efficit ambitam palude hac, & Maotide, & fluuio. Sunt qui fluuium hunc Hypanin appellant, ut eum qui est apud Borysthenem. Vbi intra Corocondamitem nauigaueris, Phanagoria est memorabilis urbs, & Cepi, & Hermonassa, & Apaturum Veneris fanum. De his Phanagoria & Cepi sitæ sunt in introitu ad laeuam insulae: reliqua ad dextram, trans Hypanim in Sindica. In hac etiã Gorgippia est, & Sindicorum regia uicina mari, & Aborace. Quia autem regulis Bospori hi parent, uniuersi Bosporani dicuntur. Caput Europæorum Bosporanorum est Panticapaeum, Asianorum Phanagoræ urbs. nam & sic uocatur. Et uidetur Phanagoria emporium esse eorum quæ ex Maotide, supraque sitis barbaris regionibus deuehuntur: Panticapaeum eorum quæ è mari eodem ad feruntur. Habet Phanagoria templum Veneris Apaturi insigne. nomen deæ è fabula sumta occasione à dolo (. apate.) deducit. ibi locorum Venerem, cum eam Gigantes adorirentur, Herculem acciuisse, inque spelunca quadam abscondisse, deinde singulos Gigantes excepisse, & Herculi unum post alium per fraudem necandum præbuisse. De Maotis sunt Sindi, Dandarij, Toreatae, Agri, Arrichi, Tarpetes, Obidaceni, Sittaceni, Dosci, alij plures. nec non Aspungitani, inter Phanagoriam habitantes & Gorgippiam ad 10 stadia. quibus cum insidiaretur sub amicitiae prætectu rex Polemon, re comperta bellum eis inferens in potestatem eorum uiuus peruenit & interiit. De uniuersis Meotis Asianis alij paruerunt emporium Tanaidis tenentibus: alij Bosporani. interdum etiam alij ad alios defecerunt. Sape Bosporani reguli usque ad Tanain omnia obtinuerunt: maxime ultimi Pharnaces, Casander, Polemo. Pharnacen etiam ferunt Hypanin fluuium expurgata quadam uetere fossa Dandarijs induxisse, agrumque eorum proluisse. Post Sindicam & Gorgippiam ad mare ora est Achæorum Zygorum, & Heniochorum, maxima sui parte importuosa & montosa, utpote portio Caucasi. Viuunt isti è prædationibus maritimis. Lembos habent exiles, angustos, atque leues, ad xxv hominum, aut plurimum xxx capaces: Graeci Kamaras uocant. Aiunt ab Iasonis expeditione Phthiotas Achæos Achaïam quæ isthic est habitasse, Lacones Heniochiam. horum duces fuisse Recam & Amphistratum, aurigas Castorum, unde etiam genti nomen. est enim heniochus Grecis auriga: Proinde camararum classe parata impetunt isti aliquando onerarias naues, aliquando regionem urbem uel aliquam, & mare obtinent. Nonnunquam eos Bosporani recipiunt, nauali eis suppeditantes, & forum ac prædæ distrahendæ opportunitatem. Domum reuersi, quia naualibus, carent, kamaras humeris impositas, in syluas portant: in quibus etiam habitant, parum fertilem arantes tellurem. rursus ad mare eas deportant, ubi nauigandi tempus aduenit. Idem faciunt etiam in alieno solo, cognita habentes syluestria loca, in quibus abscondentes

Gætes Maoticæ.

ASIAE

dentes

ASIAE III. TAB V

LA, CONTINET COLCHIDEM, IBERIAM, ALBANIAM ET ARMENIAM MAIOREM. PARALLELUS ipsius medius rationē habet ad meridianum, quam undecim ad 15. Terminatur autem tabula ipsa ab ortu parte Caspij maris & parte Mediæ, à meridie, Assyria & Mesopotamia. Ab occasu, Cappadocia & parte Euxini ponti. Ab arctis, Sarmatia Asiatica.

		H.	m.	H.	m.
Civitates insignes.	Colchidis	Dioscuria	15	45	0
		Phasis	15	29	0
		Artanissa	15	40	1
	Iberie	Armaetia	15	29	1
		Getara	15	30	1
		Albana	15	30	1
	Albanie	Artaxata	15	10	1
		Armauria	15	14	1
		Thospia	14	52	1
	Armenie maioris	Artemita	14	50	1

Habet diem maximum.

Distans ab Alexandr. ad occasum

ferè

H

TA



dentes camaras, ipsi pedites noctu uagantur atque interdum plagij causa faciundi. facile autem homines abductos patiuntur redimi, ijs qui amiserunt homines rem postquam auecti fuerint significantes. Iis sanè in regionibus, quibus princeps aliquis praeest, iniuriarum affectis praesidium in magistratu est aliquod. saepe enim predones uicissim adoriuntur, camarasque una cum uectoribus abducunt. quæ Romanis subsunt, minùs habent auxiliij, ob negligentiam eorum qui mittuntur. Talis est istarum uita gentium. Sed & istæ reguntur ab ijs, quos Sceptringeros appellant: qui ipsi regibus aut tyrannis parent. E. quidem Heniochi quatuor reges habuerunt, quo tempore Mithridates fugiens ex auita ditione in Bosporum, per ipsorum regionem transiit. nam hæc ei peruia fuit. De Zygiarum autem transitu spem abijciens ob locorum difficultates istorum & feritatem hominum, agrè per oram incelsit, plerumque mare conscendens, donec ad Achæos uenit. à quibus admissus, iter perfecit è Phaside factum ad stadiorum pœnè quatuor millia. Statim itaque à Corocondama uersus orientem nauigatio est. Stadijs cxxc inde Sindia. *Ora Bosporia. na descriptio.* cus est portus, & urbs. Deinde post cccc Bata quæ uocantur, & pagus & portus. quæ maxime huic oræ uersus meridiem opposita uidetur esse Sinope, sicut Carambin diximus Criu metopo obiectam. A' Batis Artemidorus Cercetorum oram recenset, stationes habentem & pagos, porrectam ad stadia ferè iddd L. Tum Achæorum, ad stadia id inde Heniochorum ad cid. post Pityuntam magnum, cccclx, usque ad Dioscuriadem. Qui res Mithridatis conscripserunt, (quibus maior est adhibenda fides.) primos Achæos dicunt, deinceps Zygos, Heniochos, Cercetas, Moschos, Calchos: & supra hos sitos Phtherophagos, Thoanes, aliasque exiguas gentes circa Caucasum. Initio ora (.ut dixi.) uersus ortum tendit, & in austrum respicit. à Batis autem inflectitur, & obuertitur occasui paulatim, desinitque ad Pityuntam & Dioscuriadem. quæ Colchidis loca dictam oram attingunt. Post Dioscuriadem reliqua est Colchidis ora, & cõtigua Trapezus, flexum faciens insignem, quæ deinde in rectum porrecta, latus Ponti dextrum efficit, quod septentrionem respicit. Vniuersa Achæorum & reliquorum populorum ora usque ad Dioscuriadem & loca quæ uersus meridiem in continente ad rectam lineam opponuntur, Caucaſo subiacet. Mons est Caucasus utrique superpositus mari, Euxino inquam & *Caucasus mons.* Caspio, isthmum quo ea distinguuntur tanquam murus intercludens. Distinguit uersus meridiem Albaniam & Iberiam à Sarmatarum planicie uersus septentrionem dissita. Arborum diues est omnis generis, cum aliarum, tum ex qua naues compingantur. Tradit Eratosthenes Caucasum ab accolis Caspium appellari: fortasse à Caspijs ita dictum. Cubitos autem quasi quosdam protendit uersus meridiem, qui & Iberiam mediam complectuntur, & Armenia montibus coniunguntur, & ijs qui Moschici appellantur: item Scœdisæ & Pariadræ. hi omnes, Tauri montis partes sunt Austrinæ. Armenia latus conficientis, ab eo quodammodo abrupta, & uersus septentrionem prolapsa usque ad Caucasum, oramque Euxini maris, quæ à Colchide ad Themiscyram porrigitur. Enimuero Dioscurias in tali sita sinu, & orientem uersus extremum continens punctum totius maris Euxini, intimus eius angulus dicitur, & ultima nauigatio. Prouerbiale .n. illud dictum, *Dioscurias.*

In Phasin, ultimus qua cursus nauibus est:

ita accipiendum est: autorem lambi non Phasin fluuium innuisse, aut urbem cognominem fluuiio impositam: sed à parte Colchidem. Etenim à flumine & urbe recta in imum sinum nauigatio restat haud minor lx stadijs. Eadem Dioscurias etiam initium est isthmi Euxino & Caspio mari interiecti, commune emporium gentium supra & in uicina habitantium. aiunt quidem eò conuenire lxx, nonnulli etiam ccc gentes, quibus nulla rerum cura sit omnes diuersarum linguarum. quia sparsim & sine commercijs uiuant, ob insolentiam & feritatem. Sarmatæ sunt plerique, & omnes Caucasij etiam. Hæc de Dioscuriade. Sed & reliqua Colchis maiore sui parte imminet mari. Perfluit *Colchis.* eam Phasis magnus fluuius, ex Armenia ortus, Glaucum & Hippum recipiens è uiciis *Phasis.* nis profluentes montibus. Sursum nauigatur Phasis usque ad Sarapana, quod est castellum etiam urbs condi in quo possit. inde terrestre iter curribus conficitur ad Cyrum. Imposita est Phasidi urbs eiusdem nominis, Colchorum emporium, ab una parte fluuiio, ab altera lacu, à tertia mari cincta. Inde Amisum & Sinopen est nauigatio tridui aut bidui, *I* quod

quod mollia sunt ea litora, & lenia fluuiorum ostia. Bona est regio, fructusque eius boni, melle demto, quod plerumque amaroris aliquid habet. Rebus etiam ad naues compingendas omnibus prædita est. multam enim materiam cum ipsa producit, tum per amnes subuehit. Linum quoque producit copiosum, & cannabin, ceram, ac picem. Linificium etiam sermonibus hominum celebratum fuit. nam euehebatur in peregrina loca. & qui Colchorum cum Aegyptijs cognationem demonstrare uolunt, isto utuntur argumento. Supra dicta flumina in Moschica regione situm est Leucotheæ templum, à Phrixo conditum, ibique oraculum eius, ubi aries non immolatur. id opulentum pridem, nostra ætate spoliavit Pharnaces, ac paulo post compilauit Mithridates Pergamenus, nam regione aliqua male multata,

Deum laborant res, & honoribus carent, inquit Euripides. Enimvero quantus antiquitus splendor eius fuerit regionis, fabule ostendunt Iasonis expeditionem sub inuolucro proponentes, qui usque ad Mediam processerit, ac antea etiam Phrixi. Postea temporis successerunt reges, qui in prouincias (id enim sunt Sceptuchia) diuisam ditionem mediocri rerum statu tenuerunt. Tandem Mithridates Eupator magnam nactus potentiam, istis potitus est regionibus. ab eo subinde aliquis amicorum missus est præfectus & administrator prouinciæ. de quibus fuit etiam Moaphernes patris mei patruus. atque hinc regi maxima fuerunt ad rem naualem subsidia. Mithridate autem euerso, etiam ditio ipsius dissipata in multos est ultimo Polemon Colchidem habuit: eoque mortuo uxor Pythodori regnum in Colchos, Trapezuntem, Pherraciam, & supra accolentes barbaros tenuit: de quibus postea dicemus. Moschica, in qua templum fuit, tripartita est: partem eius Colchi, Iberes aliam, aliam Armeni tenent. Oppidulum est in Iberia, urbs Phrixi nomine, quæ nunc Ideessa dicitur, satis munitum, in confinio Colchidis. Apud Dioscuriadem fluit Charus fluuius. De gentibus quæ Dioscuriade conueniunt, sunt etiam Phthrophagi, à sordibus & squalore nomen habentes. His uicini Soanes, sordibus haud quicquam inferiores, potentia autem priores, quæ & fortitudine reliquos ferè amnes excedunt, & in orbem circumscita tenent, summa Caucaasi habitantes quæ Dioscuriadi imminet. regem habent, & concilium CCC uirorum. conducunt exercitum hominum, ut fertur, etiam ad ducenda milia. tota enim multitudo ut incomposita, ita bellicosa est. Aiunt apud hos etiam aurum deferri à torrentibus, idque barbaros excipere alueolis perforatis, & uelleribus lanosis. unde etiam aurei uelleris exstiterit fabula. nisi forte Iberes occiduis Iberibus (qui Hispani sunt.) cognomines uocant, ob auri utrobique metalla. Utuntur Soanes etiam ueneno, quo mirabiliter cuspides inungunt, & uenenatis telis sauciatos foetor admodum est molestus. Porro cætera gentes uicinæ circa Caucaasum, sterilem & angustam incolunt Iberia. regionem: Albani & Iberes, quæ maximè isthmum implent gentes, Caucaasie ipsæ quoque dici possunt: solum autem tenent felix, & quod admodum commodum habitatio nis sit. Et quidem Iberiæ maior pars probe habitat, domibus & pagis conditis, ita ut etiam latericia tecta sint, & domorum architectonica structura, ac fora, & alia publica ædificia. Pars eius Caucaasius includitur montibus. nam, ut dixi, montis eius porriguntur uersus meridiem cubiti quidam frugiferi, uniuersam cingentes Iberiam, & pertinentes ad Armeniam & Colchidem. In medio eorum planicies est fluuius irriguum, quorum Cyrus est maximus. Is in Armenia ortus, statim in eam incidit planiciem, adsumto etiam Arrabone è Caucaaso defluente, & alijs aquis, per angustum alueum in Albaniam se effundit. Inter hanc porro & Armeniam copiosus labens per campos optima habentes pascua, receptis etiam pluribus amnibus, Alazonio, Sandobane, Roetace, & Chane, qui omnes sunt nauigabiles, in Caspium exit mare. Olim Corus uocabatur. Campestria Iberorum agriculturæ & pacis studiosissimi facile habitant Armenio & Medico cultu. Montana plures & bellicosi habent, Scytharum more ac Sarmatarum uiuentes, quorum etiam finitimi sunt atque cognati. agriculturam tamen hi quoque attingunt: multaque hominum millia è suo corpore & illis cogunt, si quis incidat tumultus. Quatuor sunt in Iberiam aditus. Vnus per Sarapana Colchicum castellum & angustias quæ ponè sunt. per quas Phasis pontibus cxx iunctus propter obliquitatem, asper & uiolentus in Colchidem

chidem defluit, locis istis per imbres multis torrentibus exelis & in conuallem redactis. Oritur Phasis ex superiacentibus montibus, e multis confluentibus scaturiginibus. in campis autem alios in se recipit fluuios, quorum sunt Glaucus & Hippius. ita completus, ac nauigabilis factus, in Pontum exit. Vrbs ei imposita est, eiusdem nominis, & lacus in uicinia. In Iberiam ergo e Colchide talis est aditus, saxis, castellis, & fluuijs conualles facientibus interceptus. E nomadibus autem uersus septentrionem de gentibus tridui est adscensus difficilis. post hunc angustia per quas fluuius labitur Aragus, quatuor dierum iter ad unum. munit autem extrema huius uiae murus haud facile expugnabilis. Ab Albania per saxa principio excisa est uia. deinde per paludem, quam fluuius e Caucaaso decidens efficit. Ab Armenia angustiae sunt ad fluuios Cyrum & Aragum. qui antequam confluant, urbes habent munitas, saxis impositas, ad xvi stadia inter se distantes: Cyro Harmozica imminet, Arago Seumara. His aditibus primum Pompeius, deinde Canidius usi sunt. 7 Quatuor hominum genera Iberiam incolunt. Primum e quo reges deligunt, aetate semper maximum de regis prioris cognatis. proximè minor natus ius dicit, exercitusque ducit. Secundum est sacerdotum, qui & iura eum finitimis communia procurant. Tertium est militum & agricolarum. Quartum est plebs, qui sunt serui regij, & omnia ad usus uitae necessaria obeunt ministeria. Communes eis sunt possessiones secundum familias. imperat & gubernat quamuis earum natu maximus. Tales sunt Iberes & eorum solum.

Albani magis dediti sunt pascendo pecori, & affiniores uago generi, non tamen alieni, eademque de causa etiam mediocriter bellicosi. Albania. Habitant inter Iberos & mare Caspium, hoc ortum, illos uersus occasum attingentes. de ceteris lateribus septentrionale munitur Caucaasjs montibus, qui planiciei imminenti, & qua ad mare pertinent Ceraunij uocantur. austrinum efficit Armenia iuxta porrecta, partim planicie magna, partim etiam montana: qualis est Cambyfena, qua Armenij & Iberos & Albanos attingunt. Cyrrus uero Albaniam perfluens, reliquique eum implentes fluuij, soli quidem ubertatem adiuuant, sed mare alterant. Multum enim coeni ingestum, implet traiectionem, adeo ut insulae quoque exiguae propinqua adiungantur continenti, sicutque paludes inaequales & obseruatu difficiles. Augent hanc inaequalitatem aestuum relictiones. Et quidem ferunt duodecim eum ostijs exire, partim omnino fluctu refringentibus, nullamque nauibus stationem relinquētib. cumque litus ad plura lx stadia mari & fluuijs undique alluat, totam eius partem istam esse inaccessam: limum autem etiam ad 15 stadia promoueri, & quasi aggerem quandam litori praestruere. Haud procul inde Araxes etiam influit, asper ex Armenia se prouens. Quod limi ille protrudit alueum faciens peruium, Cyrus aqua opplet. Fortasse huius hominum generi nihil opus est mari, cum ne terra quidem ut par erat utantur. Etenim ea omnis generis fructum, etiam mirissimum, profert, omnes plantas, adeoque semper quoque uiuentes. cum tamen ne exiguus quidem cultus adhibeatur.

Nam sine semente haec, & duri uomeris usu

Omnia proueniunt—

Odys. ii. 109.

sicut dixerunt nobis qui eam administrauerunt prouinciam, Cyclopicam quandam enarrantes uiuendi rationem. nam consitum ibi agrum ferunt semel, bis proferre aut etiam ter frugem. & sane primo quinquagechum & quae non renouetur. cum quidem non ferro, sed prorsus ligneo aratro terra proscindatur. Rigatur tota planicies fluminibus alijsque aquis magis etiam quam Babylonia aut Aegyptia. itaque cum semper herba ui-ret, tum pascuis est admotum apta aeris quoque est melior quam isthic temperies. Vites nunquam omnino fodiuntur, quinquennio exacto demum putantur. nouellae secundo iam anno statim fructum ferunt: adultae tantum, ut magna pars in palmitibus relinquatur. Vegeta sunt etiam apud eos animalia tam mansueta quam fera. Ipsi forma & magnitudine alijs praestant hominibus, moribus simplices, & a cauponando alieni: ut qui ne nomismate quidem utantur plerumque, neque ultra centenarium numerare nouerint, ac per mutatione mercium utantur. Cetera quoque ad uitae usum pertinentia negligenter tractant, imperiti ponderum & mensurarum exactarum. quin & bellum, ac rem ciuilem, & agriculturam improuide obeunt. Tamen & pedites, & ex equis pugnant, leui grauique armatura,

tura, ut Armenij. Maiorem quàm Iberi exercitum ducunt. armant enim etiam LX millia uirorum, equitumq; XXII millia. quantis copijs aduersus Pompeium decertauerunt. His quoque in bello auxiliatur Nomades aduersum externos, ut & Iberis, eadem de causa. alij saepe adoriuntur homines, adeoque agricultura prohibent. Albani iaculis utuntur & sagittis: thoraces gestant ac clypeos, & galeas ferinas itidem ut Iberi. Ad Albaniam pertinet etiam Caspiana, nomen à Caspia gente gerens, unde & mari appellatio ea gens nunc obscura prorsus est. Ex Iberia in Albaniam aditus per Cambysem aqua carentem & asperam est ad fluuium Alazonium. Excellunt uenatione cum Albani tum eorum canes, non arte magis quàm studio quod ei rei impendunt. Prestant etiam alij reges. Nunc quidem unus uniuersis imperat: quondam singuli eadem utentes lingua populi, suum quisque habuerunt regem. linguæ sunt ijs XXVI, quia non multis inter se commercijs de uinciuntur. Fert ea regio lethalia animalia quædam, scorpiones etiam & phalangia. Phalangio rum alia cum risu necant, alia flentes suorum ob desiderium. Deos colunt, Solem, Iouem, Lunam. atque hanc quidem præcipuè templum huius est Iberiæ uicinum. ei præficitur sacerdos, primo secundum regem honore, præestq; amplæ & uiris abundanti ditioni, cum quæ ad sacerdotium, tum quæ ad sacros ministros pertinet. horum multi diuino instinctu correpti uaticinantur. qui uerò eorum furore uehementiore agitatus solus per syluas uagatur, hunc comprehensum sacerdos sacra uincit catena, & sumtuosè per illum alit annum, productus deinde ad rem sacram deæ faciendam, unà cum alijs uictis mactatur unguentis delibutus. Sacrificij ritus hic est. Quidam sacram tenens hastam, qua fas est homines sacrificandi causa interficere, comminus accedens latus hasta traiecit cor. ferit, rei huius non imperitus. Collapso isto, è cadauere diuinationes quasdam concipiunt, inq; publicum enunciant. & cadauer in certum locum deferentes, id lustrandi causa uniuersi calcant pedibus. Summoperè senectutem Albani uenerantur, cum aliorum, tum parentum. Mortuorum autem curam gerere aut mentionem facere nefas putant, pecunias quidem unà cum defunctis sepeliunt, ideoq; pauperes uiuunt, nihil paternorum possidentes. Hæc de Albanis. Ferunt Iasonem cum Armenio Thessalo in navigatione ad Colchos instituta profectum fuisse usque ad mare Caspium, & Iberiam, Albaniamq; peragrasse, magnamq; Armeniæ & Mediæ partem, quod & Iasonea, & alij testantur commentarij. Armenium porro ferunt oriundum fuisse Armenio, urbe iuxta Bœbeidem paludem inter Larissam & Pheras, & quos ille secum duxit, eos incoluisse Acelesenam, & Syspieritidem usque ad Calachanam & Adiabenam: & quidem Armeniæ nomen à se reliquisse. In montibus qui supra Albaniam sunt siti, Amazonibus quoque sedes fuisse perhibent. Sanè Theophanes qui Pompeij castra secutus in Albania fuit, inter Amazonas & Albanos ait habitasse Gelas & Legas Scythicos populos: indeque Mermadalin amnem profluere inter hos & Amazones medio spacio. Alij, atq; inter hos Metrodorus Scepsius & Hypsicrates, ne ipsi quidem locorum ignari, Gargarensisbus confines eas habitasse asserunt in radicibus Caucasiorum montium septentrioni obuersorum, quæ Ceraunia dicuntur. Eas reliquum tempus ita exigere, ut plantandi, arandi, pascendi, equos maximè, operas ipsæ nauent: fortissimæ etiam equis uenatui sedent, & bellicam rem exercent omnibus etiamnum infantibus dextrâ aduri mammam, ut ad quouis usus expeditè brachium suo fungatur munere ad iaculandum. uti eas & arcu: & sagari (quod gladij genus est.) & pelta. è pellibus ferarum cassides conficere, tegumenta, & subligacula. Duos autem ueris menses habere eximios, quibus adscendant in montem uicinum eas à Gargarensisbus diuidentem. Hos quoque adscendere tum, uetere quodam instituto. ibique unà peractis sacrificijs cum Amazonibus corpora eos miscere prolis procreandi causa: idque in occulto, & promiscuè quemuis cum quauis ut casus obtulit. postquâ prægnantes fecerunt, domum eas dimittere. has si femellam pariunt, ipsas enutrire. si marem, illis educandum mittere. quemuis Gargarensum puero oblato se familiarem præbere, quem nimirum ob ignorantiam suam deputet filium. Mermodas autem è montibus per Amazones se præcipitans è montibus, & Siracenam, ac desertam in medio sita, in Mæotidem effluit. Memoriae proditum est Gargarenses è Themiscyra in ista loca cum Amazonibus commigrasse. inde ab ijs defecisse, adiutosq; à Thracibus

ASIAE

& Eu-

Religio Albano rum.

Amazones.

ASIAE VII. TAB V

LA, CONTINET MARGIANAM,
BACTRIANAM, SOGDIANAM, SACAS ET SCYTHIAM IN-
tra Imaum montem. Annumeratur & Hyrcania, quæ tamen in quin-
ta Asiæ tabula locum habet. Parâllelus ipsius medius, rationem ha-
bet ad meridianum, quam duo ad tria. Terminatur autem tabula ip-
sa ab ortu Schythiæ quæ intra Imaum montē est, ab austro, monte I-
mao qui supra Indos est, qui intra & extra Gangem sunt. Præterea
Paropanifadibus & Aria ac Parthia & parte Hyrcani maris,
Ab occasu parte Mediæ & Hyrcani pelagi & Sarmatia
Asiatica. Ab arctis, terra incognita,

		H.	m.	H.	m.
Civitates insignes.	Hyrcania	Hyrcania	14	56	2 34
		Amarusa	14	56	2 20
		Antiochia	15	ferè	3 4
	Margiana	Nigea	15	0	3 0
		Characharta	15	20	3 24
	Bactriana	Zaripsa	15	23	3 40
		Bactra	15	0	3 44
		Maracanda	14	50	3 29
	Sogdiana	Oxiana	15	29	3 49
		Maruca	15	20	3 49
		Drepfa	15	30	4 0
	Scythie	Alexandria	15	0	4 7
		Aspabota	15	20	2 49
		Danaba	15	30	2 59

K

TA

& Euboensibus quibusdam qui eò usque uagati essent, bellum ipsi intulisse. postea composito bello pactos esse communitatem de qua diximus liberorum duntaxat, uita cetera seorsim transigenda. Peculiare aliquid narrationi de Amazonibus accidit. Reliquæ enim fabulas à uera historia separatas habet. etenim antiqua, falsa, & portentosa, fabulæ uocantur: historia ueritatem requirit, siue prisca ea, siue noua sit: monstrosa aut nulla admittit, aut rarò. De Amazonibus uerò eadem & nunc, & antiquitus traduntur, prodigiosa quidem, & à fide procul remota. Quis enim crediderit mulierum exercitum, aut ciuitatem, aut gentem constare absque uiris posse: ac non constare modò, sed expeditiones etiam fecisse in aliorum ditionem ac non uiciniam modò subegisse & usque ad eam quæ nunc est Ionia progressum: sed & trans mare ad Atticam usque copias emisisse: perinde in hoc est, ac si quis diceret uiros ea tempestate mulieres, mulieres uiros fuisse: Enim uerò isthac etiam nunc de ipsis prædicantur: augetque rei singularis admirationem, quòd antiquis quam recentibus fides facilius adhibetur. Vrbes quidam ab ipsis conditæ denominatæque feruntur Ephesus, Smyrna, Cuma, Myrina, Paphus: aliaque exstant monumenta. Themiscyram uerò & campos iuxta thermodontem, montesque supra positos, omnes Amazonibus adscribunt: aiuntque inde eas expulsas fuisse: ubi nunc sunt, pauca de ipsis & sine demonstratione feruntur. Quale est etiã de Thalestria, quam Amazonibus imperantem cum Alexandro ferunt prolis concipiendæ causa in Hyrcania coiuisse. non enim in confesso hoc est: sed è tanto scriptorum numero qui maxime ueritatis habuerunt rationem, nihil ea de re dicunt, nullaque fit mentio eius ab his quibus plurimum fidei habetur. qui tradiderunt, non consentiunt. Clitarchus ait Thalestriam à Caspijs portis & Thermodontem profectam ad Alexandrum uenisse. sunt autem à Caspijs portis ad Thermodontem stadia amplius 100000. Quæ autem probabiliter uulgata sunt, etsi in ipsis consentiant omnes, tamen qui confinxere, adulandi quàm ueritatis fuerunt studiosiores. Quale est, quod Caucasum in montes Indicos, eisque uicinum mare orientale transtulerunt à montibus qui supra Colchidem & Euxinum mare siti sunt, quos Græci Caucasum nominant, amplius xxx stadiorum millibus ab India distantes: ibique Promethum uinctum fabulosè tradunt, cum nihil ulterius uersus ortum Solis cognouissent. Bacchi enim & Herculis in Indos expeditio posterius tempore commentum præ se ferunt: quippe cum Hercules Prometheum mille post annis dicatur soluisse. Fuit sanè gloriosius, Alexandrum usque ad Indicos montes, quam usque ad intimum Euxini sinum & caucalum subegisse Asiam. sed gloria montis, nomenque, & quòd Iason cum suis longissimam creditus est expeditionem fecisse progressus usque ad Caucasum uicina loca, quodque traditum fuit Prometheum in extremis terræ finibus ad Caucasum fuisse alligatum: hæc inquam fecerunt ut gratiam regis se inituros putarent, si nomen Caucaasi in Indiam transportassent. Porro autem eius qui re uera est Caucaasi excellissimæ partes, sunt quæ maxime uersus meridiem tendunt ad Albaniam, Iberiam, Colchos, & Heniochos. Habitantur ab ipsis, quos Dioscuriadem conuenire dixi. conueniunt autem ferè salis causa. Horum alij summa montium incolunt, alij in saltibus degunt. uiuunt potissimum carnibus ferinis, frugibus syluestribus, & lacte. Vertices hyeme conscendi non possunt. Aestate scandunt, pedibus subligantes calceos aculeatos è tergo bouis crudo confectos, latos instar tympanorum, propter niues & glaciem. Delabuntur pelli insidentes una cum fasciculis suis. quod idem fit etiam in Atropatia Media, & Masio Armenia monte: ibi etiam rotulæ ligneæ aculeatæ plantis pedum subduntur. Summa ergo Caucaasi sic sunt. Cum descendit ad radices montium, magis uersus septentrionem iam loca inclinant: sed leniora sunt, iam campis Siracorum appropinquantia. Troglodytæ etiam ibi quidam sunt, in speluncis habitantes frigoris causa: apud quos etiam farinæ iam est copia. Post Troglodytas sunt Chæanctæ & Polyphagi, quasi uoraces, dicti, & Eisadicorum pagi, agricultura gnarorum, quia non omnino subiacent septentrionibus. Hos sequuntur Nomades deinceps usque ad Mæotidem, Nabiani & Panxani, ac Siracum iam nunc & Aorsorum nationes. Videntur Siraces & Aorsi patria superiore eiectioni, Siracesque magis quam Aorsi ad septentrionem accedunt. Equidem Abeacus Siracum rex, cum Pharnaces Bosporum tenebat, xx equitum millia mittebat: Spadines Aorsorum rex etiam ducenta. plures his Aor-

si superius habitantes, ut qui terræ plus obtinerent, ac ferè maximam partem oræ maris Caspij. itaque negociabantur etiam, camelis Indicas & Babylonicas merces à Medis & Armenijs excipientes: aurum quoque ob diuitias gestabant. Aorsi Tanain accolunt, Siraces Achardeum. is è Caucaſo fluens in Meotin exit.

*Mare Caspium
ſeu Hyrcanum.*

Secunda Asiæ pars à Caspio mari incipit, in quod prior definebat. Mare hoc etiam Hyrcanum nominatur. Est autem de eo prius dicendum, & accolentibus gentibus.

8 Sinus est mare illud, ab Oceano uersus meridiem editus: ab initio satis angustus. intus autem dum progreditur, in latum se pandit, maximè in intimo ad stadia etiam alicubi 100. Introitus usque ad intimum recessum fortasse aliquanto est maior, iam quodammodo terram habitatoribus carentem attingens. Eratosthenes proficitur maris huius circumnauigationem, ut Græcis nota est. apud Albanos & Cadusios, stadiorum 100 0000. iuxta Anariacam, Mardos, & Hyrcanos usque ad ostia Oxi fluminis, 100 demtis 00. hinc ad laxartem 00 00 0000. Verùm de his quæ in hac parte sita sunt, & tam longè à nobis remota, cautè adhibenda est fides, maximè ubi distantia locorum recitantur. Cum ad dextram intrò nauigatur, Europæis continui Scythæ habitant, & Sarmatæ, qui inter Tanaidem sunt & hoc mare, incertis plerique uagantes sedibus de quibus differuimus. Ad læuam sunt Scythæ nomades uersus orientem, qui usque ad mare orientale & Indiam porriguntur. Veteres Græcorum scriptores, uniuersas gentes Septentrionales Scytharum & Celtoscytharum nomine affecerunt. Iis autem antiquiores ita diuiserunt eas, ut qui supra Euxinū, Istrum, & Adriam incolerent: eos omnes Hyperboreos, Sauromatas, & Arimaspos appellarent: qui trans mare Hyrcanum, Sacas & Massagetas.

Veteres notat.

Neque uerò de ijs quicquam potuerunt accuratè scribere, quantum uis Cyri aduersus Massagetas bellum narrarent. Sed neq; de his quisquam ueritatem exactè perhibuit, neque de priscis Persarum, Medorum Syrorum rebus, fidem admodum magnam inuenerunt scriptores. idque ob ipsorum simplicitatem, & fabulas edendi studium. Cùm enim uiderent in honore esse eos qui è professo fabulas scriberent: existimauerunt suam quoque scriptionem lectoribus iucundam fore, si sub narrationis ueræ specie ea dicerent, quæ neque uidissent neque audiuisent, saltem ex ijs quibus cognita ista essent. id unum spectantes, ut auditio amœna fieret atque admirabilis. Equidem facilis Hesiodo & Homero aliquis fidem adhibuerit cùm de heroibus uerba faciunt, itemque tragicis poetis: quàm Ctesig, Herodoto, Hellanico, & eorum similibus. Plerisque etiam eorum qui de Alexandro scripserunt, credere non est satis tutum. nam & isti facillè uerba dant, cùm ob Alexandri gloriam, tum quòd expeditio procul à nobis in extremos Asiæ fines facta fuit. difficulter autem redarguuntur, quæ de longè disitis narrantur, Romanorum & Parthorum imperium magis aperuit istarum rerum cognitionem, quam antè tradita. qui enim ista descripserunt, cùm gentes, tum res gestas fidelius descripserunt quam priores: plenius enim perspexerunt. Qui ad sinistram in Caspium mare intrati offeruntur Nomades, à nostris hodiè appellantur Dæ, & cognomento Parni. post solitudo est, sequit Hyrcania. exinde mare altum iam fit, donec Medicos & Armenios attingat montes. Horum montium radices in lunæ formam curuantur, quæ ad mare desinentes, intimum maris istius secessum conficiunt. Hanc autem ad ima montium porrectam regionem, si ab extremis mare uersus pergas, non ita multum pars Albanorum & Armeniorum. maiorem partem Gelæ, & Docusini, Amardi, ac Quintij, & Anariacæ. Ferunt quosdam de Pharrhasijs habitasse cum Anariacis, & nunc eos Parrhasios uocari. Aenianes autem in Vitia muniuisse urbem, quæ nunc dicatur Aeniana. ubi Græcica ostenduntur arma, & uasa ærea, ac sepulcra. Est & in Anariaca urbs, ubi aiunt monstrari oraculum dormientium. Sunt & aliæ gentes ibi latrocinijs & militiæ magis deditæ quàm agriculturæ. in causa est locorum asperitas. Maiorem partem oræ montosæ Cadusij tenent, fere ad 100 stadia: ut ait Patrocles, qui etiam putat hoc mare ab Euxino æquale esse. Atque hæc quidem loca sterilia sunt. Hyrcania ampla admodum est & ampla, urbibusque memorabilibus prædita. de quibus sunt Talabroca Samariana, Carta, & regia Tape, quam paululū supra mare sitam, abesse aiunt, à Caspijs portis stadia 00 0000. & propter felicitatis speciem, ostenta existimant. Nam uitis metretam uini fert, ficus medimnos lx.

Hyrcania.

ASIAE fru-

ASIAE V. TAB V.

LA, CONTINET ASSYRIAM, SV-
SIANAM, MEDIAM, PERSIDEM, PARTHIAM, ET CARMA-
NIAM desertam. Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meri-
dianum, quam quatuor ad quinque. Terminatur autem tabula ip-
sa ab ortu Aria, ab austro, Carmania & sinu Persico. Ab occasu
Babylonia ac Mesopotamia & parte maioris Armeniae.

A septentrionibus, Hyrcani maris & re-
gione Hyrcaniae.

		H.	m.	H.	m.
Assyria	Ninus	14	36	1	7
	Arbilla	14	37	1	20
Susiana	Ctesiphon	14	25	1	20
	Susa	14	20	1	35
	Tariana	14	12	1	29
Media	Cyropolis	15	0	1	40
	Ecbatana	14	40	1	50
	Arsacia	14	30	1	14
	Europus	14	35	2	50
Persidis	Axima	14	19	1	4
	Persepolis	14	15	2	10
	Marasium	14	20	2	0
	Taoca	14	0	2	20
Parthia	Hecatopylus	14	40	2	59
	Ambrodax	14	44	2	19
	Aracana	14	40	2	24

Habet diem maximum.

Diffant ab Alexandria usque ortum

frumentum ē semine quōd ex arista excidit nascitur. in arboribus apīaria exstant, & mel de folijs defluit. Idem fit in Matiana Mediā, & in Armeniā Sacasena & Araxena. Tamen neque Hyrcaniā, neque mare Caspium eo modo coluntur, quo par erat. mare enim non nauigatur, neque exercetur. & insulas habet, quā habitari poterant. sunt qui dicant etiam auriferam eas habere terram. Culpa est penes primos qui eō uenerunt ductores barbari: utpote Hyrcani, Medi, Persæ, & ultimi istis deteriores Parthi. tum uicinia prædonum fuit plena, ac solitudinum. Macedones eam non diu tenuerunt, & bellis occupati, & qui longē disita non possent inspicere. Aristobulus ait Hyrcaniā syluosam esse: & quercum ferre picea, abiete, ac pinu carere: quibus tamen India abundet. Pars Hyrcaniæ etiam Nesea est: quam tamen alij ab ea separant. Fluminibus quoque diuiditur Hyrcaniā, Ocho, & Oxo, usque ad ostia eorum quibus in mare exeunt. de his Ochus per Neseam fluit. quidam Ochum in Oxum illabi affirmant. Aristobulus scribit nullum sibi in Asia maiorem fluuium, Indicis exceptis. Nauigationi etiam commodum inquit (quod & ipse & Eratosthenes à Patrocle sumserūt.) multasq; Indicas merces per eum deuehi in mare Caspium: indequē in Albaniam transportatas, per Cyrum & loca quæ deinceps sunt in pontum Euxinum perferri. Non multa est huius apud ueteres mentio. Apollodorus tamen, is qui Parthica conscripsit, identidem eum nominat, ut proximē Parthos labentem. Multa etiam de hoc mari mendacia opinio multorum pueris accepit. Quando enim in confesso est, Asiam ab Europa diuidi omnino Tanai fluuiō: ac magnā Asiæ portio quæ inter Tanain est & mare, non paruit Macedonibus: decreuerant autem aliqua id arte conficere, ut saltem fama iactaret istas quoque partes ab Alexandro fuisse subactas. his inducti rationibus, in unum conduxerunt Maotidem paludem quæ Tanain haurit, & Caspium mare: hanc quoque paludem nuncupantes, dicentesq; meatu quodam effosso eas inter se coniungi, & unam esse alterius partem. Polycletus etiam argumenta profert, quibus fidem faciat Hyrcanum mare paludem esse: quia & serpentes educet, & aquam habeat dulcem. Porro eandem cum Maotidē esse inde colligit, qui Caspius lacus Tanain recipiat. etenim ex hisdem Indicis montibus, unde Ochus & Oxus aliq; complures profluunt, labitur laxartes, utq; reliqui in Caspium mare exiit, de omnib. septentrioni proximus. Hunc ergo laxarten Tanaidis nomine insigniuerunt. atque hoc ipsum confirmare aggressi sunt eum esse Tanain, quem Polycletus dixit. nam cis sitam regionem ferre abietem, ibiq; degentes Scythas abiegnis uti sagittis: quod certissimum sit indicium, eam Europæ esse, non Asiæ partem. nam Asiā superiorem & orientalem non producere abietes. At Eratosthenes ait in India quoque nasci abietem, indequē classem constructam ab Alexandro. multaquē id genus alia conatur congerere Eratosthenes. nobis hæc satis sit de ista re dixisse. Id quoque unum de ijs quæ in Hyrcaniā sunt unum est, ab Eudoxo & alijs narratum. Actæ quadam ante mare sitæ sunt, inferne specus habentes. inter eas & mare litus iacet humile. ē præcipitijs uerò superne imminetibus fluuij tanta cum uise prouunt, ut ubi ad actam peruenerint, aquam ei aculentur in mare, ne consperso quidem litore. itaq; id etiam exercitibus est peruium, flumine quasi connectum. & incolæ sæpius sacrificandi aut conuiuia agitando gratia eo se conferunt, aliquando sub specubus istis discumbentes, aliquando sub flumine apriantes, aliq; aliter sese oblectantes, simul mari ab utraque parte conspicuo, & litore ob humorem herbofo atque florido.

Ab Hyrcano mari si quis uersus orientem progrediatur, ad dextram sunt montes usq; ad Indiam pertinentes, quos Taurum Græci uocant. q̄ à Pamphiliā & Ciliciā orti ab occasu continenter porriguntur, & alijs alijsq; subinde nominibus adficiuntur. Huius septentrionalia accolunt Gelæ, Cadusi, & Amardi, (ut diximus.) atque Hyrcanorum. Deinde Parthorum natio, & Margianorum, & Ariorum, tum solitudo quam ab Hyrcaniā diuidit Sarnus fluuius, quā iter uersus ortum Solis est & Ochum. Mons qui ab Armeniā eō usque protenditur, aut non procul inde desinit, 10 Parachoatras appellatur. A mari Hyrcano ad Arios sunt stadiorum circiter sex millia. Deinceps Bactriana est, & Sogdiana: ultimi sunt Scythæ Nomades. Montes qui porrō ab Arijs excurrunt, Macedones,

Vide septimā tabulam Asiæ.

cedones uniuersos Caucaſi nomine notauerunt. Apud barbaros autem extrema Paropamiſi, & ad ſeptentriones uergentes partes Eodaa, Himaonum, aliasque gerunt ſingula
Scythæ. appellationes. In laxa parte his opponuntur Scythicæ gentes ac Nomadicæ, totum complentes boreale latus. plerique Scytharum qui à Caſpio mari incipiunt, Dæ appellantur: orienti uiciniores Maſſagetæ & Sacæ. reliquos communi nomine Scythas dicunt, quanquam ſinguli populi etiam ſua nomina habent. Plerique omnes uagam degunt uitam, id eſt Nomades ſunt. De his maximè innotuerunt, qui Græcis Baſtrianam ademerunt Aſij, Paſiani, & Tachari, ac Sacarauli. & proſecti à regione quæ trans laxartum eſt
 * uerſus Sacas & Sogdianos, quam tenebant Sacæ, & de Daiſ alij Aparni dicti ſunt, alij Xanthij, quidam Pilcuri. Aparni Hyrcaniæ proximæ adiacent, marique Caſpio. reliqui pertingunt etiam uſque ad loca quæ eregiōne Ariæ porriguntur. Inter hos, Hyrcaniam, Parthiamque, uſque ad Ariam, ingens eſt ſolitudo & aqua carens: quam illi magnis peragrâtes itineribus, incuſſiones faciebant in Hyrcaniam, Neſam, & campeſtria Parthorum. Hi uerò populi tributum paciſcebantur. id erat, ut ſtatis temporibus concederent illis regiōis ſuę populationē, prædeque auerſionem. Sed cū Scythæ ultra conſtitutum tempus moleſti eſſent, bellum eſt coſſatum. rurſum inde pacta, & denuò belli inſtauratio euenerunt. Talis eſt & Nomadum cæterorum uita, ſubinde uicinos ad orientium, &
Sacæ. pacem componentium. Sacæ Cimmeriorum & Trerum modo incuſſiones fecerunt aliàs in remotiora, aliàs in uicina. nam & Baſtrianam occupauerunt, & optimam Armeniæ tellurem, quam à ſe Sacafenam denominauerunt: & uſque ad Cappadoces, maximè eos qui ad mare Euxinum habitantes nunc Pontici dicuntur, progreſſi ſunt. Hos cū ob prædam partam feſtos dies agitarent Perſarum præfecti qui tum circum iſta erant loca adorti funditus deleuerunt. In campo autem petram quandam aggere complentes, ita ut rotundi collis figuram referret, muro cinxerunt. ibique deæ Anaitidis & eodē altari gaudentium deorum Amani & Anandati Perſicorum geniorum templum poſuerunt, & Sacæ ſolennem eò conuentum indixerunt. Is etiam nūm ab ijs celebratur qui Zela tenent. hoc enim nomen loco. eſt autem oppidum, quod ferè incolunt ſacrorum ſerui, quos Hierodulos uocāt. Pompeius adiecta haud exigua regiōe, iuſſiſque intra murum migrare eius incolis unam urbium redegit earum, quas conſtituit Mithridate deiecto. Hæc de ſacis quidam tradiderunt. Alij ſic. Cyrus cum feciſſet expeditionem in Sacas, prælio uictus fuget. proinde cum caſtra poſuiſſet eo loco ubi impedimenta reliquerat, omnium rerum copia, ac maximè uini ſuppeditate: paululū quiete reſecto exercitu, ſub uesperam duxit fugam ſimulans, & tabernacula plena relinquens: ac progreſſus quantum uidebatur ex uſu fore, ſubſtitit. Sacæ inſequentes, cū caſtra hominum uacua, cibo potuque plena reperiſſent, aſſatim ſe impleuerunt. Cyrus reuerſus uinolentos eos & ſtupidos depræhendit. itaque alij ſomno obruti profundo trucidati ſunt, alij inter ſaltandum & bacchandum nudi in arma hoſtium inciderunt: ac pœnè uniuerſi perierunt. At Cyrus diuinitus oblatam ſibi hanc uictoriam arbitratus, diem iſtam deæ, quam patrio more colebat, conſecrauit, & Sacæa appellauit. ubicunque autem fanum eius deæ eſt, ibidem ſtatutum eſt celebrari Sacæa feſtum bacchicum, per diem & noctem, Scythico habitu, potantibus uiris ac mulieribus, atque in uino inuicem per ſoca & laſciuiam concertantibus.
Maſſageta. Maſſagetæ ſuam fortitudinem demonſtrauerunt in bello aduerſus Cyrum. de quo multi narrationes inuulgauerunt, quos audire licet. Hæc quoque de ijs dicuntur. alios habitare in montibus, alios in campis, quosdam paludes quas fluuij faciunt, nonnullos in ſiſulas in paludibus ſitas. Maximè inundari regiōem eorum ab Araxo flumine perhibent, undiquaque diuiſo, & reliquis oſtijs in mare ſeptentrionale, unico in ſinum Hyrcanium effluente. Solem unicum deum agnoſcunt, ei que equum ſacrificant. Vnam quiſque uxorem ducit. interim etiam alienis utuntur: neque id occultè. qui cum aliena coit, phætra de curru ſuſpenſa id apertè facit. Mortis genus optimum cenſent, ſi ſenio conſecti cum carnibus ouillis in fruſta concidantur, unaque deuorentur. Qui è morbo decedunt, eos abſciunt tanquam impios, & dignos qui à feris uorentur. Equites boni ſunt, & pedites. Arcubus utuntur, & gladijs, & thoracibus, æreisque ſagariidibus. ſiue bipennes hæ ſunt. Cingula ijs aurea, & diatematica in pugnīs. aurata etiam equorum

equorum fræna & lora humeralia. Argentum apud eos non nascitur, neque ferri multum: æris & auri abunde. Qui in insulis degunt, quia sementem non faciunt, radicibus uescuntur, & fructibus utuntur syluestribus. amiciunt se arborum corticibus, quia pecore etiam carent. succum bibunt ex arboreis fructibus elisum. Qui paludes incolunt, ij piscium esu uiuunt. uestiuntur uitulorum marinorum pellibus qui e mari ad eos sursum accurrunt. Montani syluestribus ipsi quoque fructibus aluntur. habent etiam paucas aliquas oues: sed non cadunt eas, lanæ causa & lactis parcentes. uestem pigmentis illitis uariant, quorum uigor non facile euanescat. Campestres agrum quidem habent, sed non colunt: sed uictum ex ouibus & piscibus petunt, Nomadum ac Scythico more. Est enim quædam communis uiuendi ratio omnium istorum populorum, quam sæpe dixi. Sepultura quoque eadem est, ijdem mores. Tota uitæ ratio libera quidem, sed praua, fera, & bellicosa, ad contractus simplex & fraudis pura. De Massagetarum & Sacarum gente sunt etiam Attasij, & Chorasmiusini: ad quos e Bactrianis & Sogdianis fugit Spitamenes Persarum unus qui ab Alexandro profugerunt, ut & Bessus. Sed & Artaces postmodò Callinicum fugiens ad Aspasiatras se contulit. Eratosthenes tradit Arachotos & Massagetas sitos iuxta Bactrios ad Oxum. & Sacas quidem ac Sogdianas toto solo Indiæ oppositos: Bactrios aliquantulum, quorum maior pars secundum Paropanistum sit posita. Sacas & Sogdianos laxarte dirimit: hos & Bactrianos Oxo. inter Hyrcanos & Arios habitare Tapyros. In orbem circum mare post Hyrcanos esse Amardos, Anariacas, Cadusios, Albanos, Caspios, Vitios, ac fortasse etiam alios quosdam, usque ad Scythas. ab altera Hyrcanorum parte Derbicas. à Cadusijs Medos attingi & Marianos sub Parachotram. Interualla sic tradit. A mari Caspio usque ad Cyrum, stadia circiter cld dccc. inde ad Caspias portas ldd ddc. hinc ad Alexandriam in Arijs ldd cld cccc. porro ad Bactra, quæ urbs etiam Zariaspa dicitur cld cld cld dccc lxx. Sic quoque distantias refert. A Caspijs portis ad Indos & Hecatompylum quidem cld dcccc lx. Ad Alexandriam autem Arianam quatuor millia, id xxx. hinc ad Prophthasiam in dranga, cld & lxx, aut ut alij id. inde ad Arachotos iiii millia, cxx. Inde ad Ortospana ad triuium e Bactris, cld cld. porro ad fines Indiæ cld. Summa cclld ldd id. Ad rectam uerò lineam huic interuallo respondere intelligendum est longitudinem Indiæ continuam ab Indo usque ad orientale mare. Atque hæc de Sacis.

Parthia ampla non est, ut quæ à Persis, atque etiam Macedonibus rerum potitis cum Hyrcania fuerit censa. Præterquam quod parua, densa syluis est, montosa, & inops. itaque reges suam cateruam cursu eam præteruehi iuebant, quod ne ad pauum quidem tempus alendo sufficeret. Nunc tamen aucta est. Partes eius sunt Camisena & Chorenæ. ferè etiam quicquid est usque ad portas Caspias, & Aragos ac Tapyros, quæ olim Mediæ fuerunt. Est & Apamea & Heraclea urbes apud Ragas. A Caspijs portis ad Ragas stadia sunt id, autore Apollodoro. ad Hecatompylum Parthorum regiam cld cclx. Nomen Ragis (. rupturas dices.) à terræ motibus factum aiunt, quibus urbes complures, & pagos bis mille subuersos Posidonius scribit. Tapyros habitare ferunt ii post Hyrcanos & Derbicas. De Tapyris narratur, lege apud eos receptum esse ut uxores suas alijs uiris elocent, postquam ipsi ex ijs duos aut tres sustulerunt liberos. Sicut etiam Cato Hortensio roganti Marciam suam nostra ætate tradidit, secutus ueterè Romanorum consuetudinem. Caterum rebus extra Taurum nouatis, quod Syriæ & Mediæ reges dissiderent, quibus istæ regiones parebant: primùm Euthydemus & omnem uiciniam ad defectionem pertraxit. Deinde Arsaces Scythæ, Dais quibusdam imperans cognomento Parnis, nomadibus, qui ad Ochum accolebant, Parthiam inuasit & occupauit. Atque ab initio quidem infirmus fuit bellum continenter sustinens aduersus eos quibus Parthiam ademerat: cum ipse, tum successores eius. postea ita uirib. aucti sunt, rem bello præclare gerentes, & subinde uicina sibi adijciantes, ut ad extremum quidquid est intra Euphratem ditionis in suam potestatem redegerint. Scythis quoque, & antè Eurycrati, uim fecerunt, ac partem Bactrianæ ademerunt. Et hodie tantum possident terræ, totque gentium dominantur, ut ob imperij magnitudinem Romanorum potentia quodammodo sint pares. In causa est uitæ ratio & mores, in quibus multum est barbaricum

Parthia. uide
quintæ Ptolem.
Asia tabulam.

& Scythicum, plus tamen ad imperium conducent, & rem bello recte gerendam. Atunē Daas Parnos demigrasse à Dais qui supra Maotidem habitant, Xanthij dicti & Parj. non est autem prorsus in confesso esse quosdam Daas Scythas supra Maotidem. itaque ab his Arfacen genus traxisse ferunt. Alij Bactrianum fuisse tradunt, cumque incrementa Diodoti fugeret, Parthiam ad defectionem pertraxisse. Sed cum multa de legibus & institutis Parthorum dixerimus in sexto historicorum commentariorum libro, itemque in secundo eorum quae Polybio subiunximus: nunc ea praetermitteremus, ne uideamur eadem inculcare. Id unum dicamus, Posidonio teste duplex esse concilium Parthorum: unum cognatorum, ¹² alterum sapientum & magorum: reges ex utroque deligi. Arla & Martyana, ualidissima istius sunt regionis castella, partim montibus inclusa, partim domicilia locis planis habens. * * Montes ergo inhabitant Scenitae quidam in tabernaculis degentes: campestria amnibus perfluuntur. Rigant ea partim Ario, partim Margo. Cotermina est Aria Bactriana & moti eam succingenti. distat ab Hyrcania stadiis circiter 100 C10. Cum ea censebatur etiam Drangiana usque ad Carmaniam, maiori parte austrinis partibus sub montes decumbēs, habens tamen etiam boreales quasdam partes Ariae propinquas. Arachosia etiam non procul abest, ipsa quoque meridionalibus montium partibus subiaccens, & usque ad Indum amnem porrecta, pars Ariae. Longitudo Ariae stadia C10 C10 ferē: latitudo campestrium CCC. Vibes Arctacana, Alexandria, Achaia, nomina à conditoribus habentes. Terra est uini boni ferax, quod in tertiam usque aetatem durat in uasis non picatis. Vicina est etiam Margiana. sed solitudine campi cinguntur. Miratus autem regionis fertilitatem Antiochus. Soter, muro eam circumdedit, cuius circulus continet stadia C10 10. urbemque in ea condidit Antiocheam. Haec quoque terra uitis pollet. Ferunt inueniri uites ibi frequenter, quarum caudex tantus sit, quantum duo uiri queant amplecti, uiam bicupitalem. Bactriae partes quaedam Ariae uersus septentrionē circumdantur: plerique uersus ortum porriguntur. Ampla est regio, & omnium rerum ferax, excepto oleo. Tanta autem fuit Graecorum qui eam abalienauerunt potentia ob soli praestantiam, ut & Arianam obtinuerunt, & Indiam, ut ait Apollonius Adramytenus: ac plures quam Alexander gentes subegerint, maximē Menander. siquidē is & Hypanim transiit uersus ortum, & ad Isamum usque peruenit. haec enim partim ipse egit, partim Demetrius Euthydemus F. Bactriorum regis. Non modò autem Pattalenam occupauerunt, sed & reliqua ora maritimā, & qd Tefariosti dicunt, ac quod Sigertidis regnum. Omnino autem ille inquit totius Arianae praecipuam partem esse Bactrianam. Quin & usque ad Syros & Phaunos dominium suum protulerunt. Vibes habuerunt Bactra, (que & Zariaspa dicitur, eamque fluuius eiusdem nominis perfluit, in Oxum se euoluens.) Darapsam, & alias plures. inter quas & Eucratidia fuit, à principe nomen habens. Graeci Bactriana potiti, in satrapias eam diuiserunt: de quibus Aspioniam & Turiuam Parthi Eucratidae eripuerunt. Possederunt & Sogdianam Bactrij, supra Bactria uersus ortum sitam, inter Oxum fluuium, qui Bactrios à Sogdijs diuidit, & Iaxartem amnem, Sogdios à Nomadibus distinguentem. Antiquitus Sogdij & Bactrij moribus non multum fuerunt ab similes Nomadum: paulò tamen mansuetiores fuerunt Bactriani. Onesicritus uerò de his quoque narrat minimè laudanda. Eos enim qui senio confecti sint aut morbo, uiuos ait proijci canibus dedita opera ad hoc nutritis, quos sua lingua eutaphistas, quasi uespillones, uocant. ac uideri quidem quae extra murum primariae Bactriorum urbis sunt, pura: intus autem pleraque humanis plena ossibus. morem eum ab Alexandro fuisse sublatum. similia horum etiam de Caspijs tradunt. ab ijs parentes, ubi septuagesimum aetatis annum impleverunt. inclusos fame necari. Id sanè tolerabilius, & propriae legi simile, quanquam Scythicum. multò quidem magis Scythicus Bactrianorum mos. Ac dubitari potest, siquidē Alexander in istis partibus ista inuenit, quid faciendum fuerit primis Persis, atque etiam illos antecedentibus principibus: cum coniectura possit cerni, qualibus isti tum sint uel institutis. Alexandrum perhibent octo urbes in Bactriana & Sogdiana condidisse: quaedam etiam eueruisse. de quibus fuerit Cariata Bactriana, ubi Callisthenes comprehensus, & in custodiam datus est: ac Paracanda Sogdiana: itemque Cyra, ultimum eorum

ASIAE IX. TAB V.

LA, CONTINET ARIAM, PAROPANISADAS, DRANGIANAM, ARACHOSIAM ET GEDROSIAM. Parallelus eius medius rationem habet ad meridianum, quam tredecim ad quindecim. Circumscribitur autem tabula ab ortu India, à meridie Indico pelago, & ab occasu utraque Carmania & Parthia. Ab arctis, Margiana & Bactriana.

		H.	m.	H.	m.
Civitates insignes.	Aria	Habet diem maximum.	Aria	14	26 3 0
			Bitaxa	14	45 2 55
	Paropanisadum		Alexandria	14	30 3 20
			Naulibis	14	27 3 40
	Drangiane		Carura	14	26 3 50
			Prophthasia	14	20 3 20
	Arachosia		Ariaſpa	13	50 3 14
			Alexandria	14	6 3 36
	Gedrosia		Arachotos	14	0 3 51
			Cuni	13	45 3 20
			Musarna	13	45 3 40
			Arbis	13	30 3 0

P T O L E M A E V S.

In Arbi ciuitate sol semel in anno fit supra uerticem in ipſo æſtuo tropico. Et hoc dicimus, quia ſol prope ipſum eſt tropicum. Sciendum autem, quod cum diſtat tertia parte unius magni gradus qui in zodiaco tres efficit, tunc non ſemel in anno, ſed bis neceſſe eſt ſolum fieri ſupra uerticem, quando ſcilicet diſtat à tropico ab utraq; parte gradibus tribus, ſicut in alijs ciuitatibus preſcriptum eſt, quæ in eadem parte latitudinis ſitæ ſunt.

M 2 T A



quæ Cyrus condidit, ad Iaxartem fluitium sita, & terminum imperij Persici. id quæ deleuit Alexander, quanquam Cyri studiosus, ob crebras defectiones. Ferunt etiam petras eum admodum altas atque munitas, proditiōe interueniente. qualis fuit Sisimithra in Bactriana, in qua Oxyartes filiam habuit Roxanem: & in Sogdiana alia: item quæ Oxi petra, quam alij Ariamazi nominant. Sisimithra petram aiunt altitudine fuisse xv stadiorum, ambitu xxc. supernè autem planam, ac glebosam, & 10 uiris alendis sufficientem. ibi sumtuosè admodum hospitio exceptū Alexandrum, & cum Roxana Oxyartæ filia nuptias peregissee. Sogdianam duplè altitudinis fuisse. Circa hæc loca eum etiam Branchidarum urbem excidisse, quos eò Xerxes collocarat, ultrò eum à patria secutos, quod pecuniâ dei in Didymis & donaria prodidissent. at Alexandrum sacrilegia eorum & proditiōnem abominatum, urbem deleuisse. Amnem per Sogdianam fluentem & magni præcij Aristobulum esse: Macedonibus multa alia noua, multa aliunde deducta nomina ponentibus. eum rigata tellure, in solitudinem & arenosam exire terram, absorberiq; sabulo: sicut & Arium, quiper Ariam labitur. Fodientes quoque prope Ochum flumen, inuenire perhibent olei scaturiginem. Veri simile est, sicut nitrosi quidam & adstringentes humores, ac bituminosi etiam & sulfurei terram perfluunt: ita & pingues reperiri. raritas facit ut fides minùs facilè adhibeatur. Labi Ochum alij per, alij præter Bactrianam affirmant. alij diuersum ad ostia usque ab Oxo, & uersus austrum ab eò dissitum: cum quidem in Hyrcania uterque in mare exeant. alij ab initio diuersos fatentur, sed inter se coire sæpe ad sex aut septem stadia Oxo dilatato. Sanè Iaxartes ab initio ad finem usque alius est ab Oxo: quantumuis in mare idem effundatur. horum ostia ad xxc parasangas distare Patrocles dicit. Parasangam Persicum alij lx stadiorum esse aiunt, 13 alij xxx, alij xl. Nos cum aduerso Nilo sub ueheremur, aliàs alijs usi mensuris schœnos numerabant ab urbe ad urbem: ita ut idem schœnorum numerus alibi longioris, alibi breuioris nauigationis spacio conueniret. re ita inde ab initio tradita, & in hunc usque diem obseruata. Enimuerò usque ad Sogdianam uersus ortum solis ab Hyrcania sitæ gentes extra Taurum, cum Persis priùs, tum post hos Macedonibus fuerunt cognitæ ac Parthis. Quæ uerò ulterius in eadem recta sunt linea, Scythicas esse de formæ conuenientia coniicitur. expeditiones tamen nobis notæ in eas nullæ sunt factæ: ut neque in septentrioni proximos Nomades. Intenderat quidem Alexander in eos ducere, quando Bessus requirebat ac Spitamenem. sed cum Bessus captus adduceretur, & Spitamenes apud barbaros interisset, à conatu suo destitit. Non conuenit etiam de hoc, quod quidam dicuntur circumnauigasse ab India in Hyrcaniam. fieri tamen id posse Patrocles pronunciauit. Dicunt etiam ultimam Tauri partem, quæ Imaus uocatur, Indiam attingens, neque magis quàm India accedere ad ortum, neque magis recedere. cum autem uenitur ad septentrionale latus, maris subinde latitudo longitudine fit minor: ita ut ea pars Asiæ, quam nunc descripsimus à Tauro contentam uersus Oceanum qui Caspium mare implet, figuram habeat in fine deficientem. Longitudo huius partis est maxima ab Hyrcano mari ad Oceanum iuxta Imaum, xxx millia circiter stadiorum, itinere secundum montana Tauri porrecto. latitudo minor quam cccxx. Diximus enim lineam quæ ab Issico sinu est usque ad orientalem Oceanum apud Indos, stadiorum esse ad xl millium. ad Issum ab occidua extremitate apud Columnas, xxx millium. est autè intimum sinus Issici aut nihilo, aut paulo magis uersus ortum quàm Amisus. ab Amiso ad Hyrcaniam, circiter cccxx: quæ linea aequalibus interuallis abest ab ea quam ab Issico sinu ad Indos duci monuimus. Relinquitur ergo dicta longitudo uersus orientem partis iam à nobis descriptæ, xxx stadiorum millia. Rursus cum latitudo maxima habitatae terræ sit xxx stadiorum millia, quæ quidem terra chlamydis formam refert: interuallum hoc ferè fuerit meridiani qui per Caspium mare, & qui per Persicum ducitur: siquidem longitudo habitatae terræ est lxx millium stadiorum. Ergo si ab Hyrcania ad Artemitam Babylonis stadiorum sunt iix millia (ut Apollodorus ex Artemisia dixit:) inde autem ad fauces Persici maris totidem: rursusq; totidem aut non multò pauciora ad loca extremis Aethiopiæ opposita: relinquitur latitudo habitatae terræ quæ descripta fuit ab intimo Hyrcani maris sinu usq; ad eius exitum, quantum diximus. Cumq; figura huius segmenti

gmenti in fine contrahatur atque deficiat uersus ortum, fuerit hæc similis cultro popinario, ut intelligatur mons in longum porrectus ad cuspidem cultri: ora autem à faucibus Caspij maris ad Tamarum in altero latere, in rotundam ac cauda deficientem lineam desinente. Facienda hæc mentio est quorundam admirabilium, quæ de planè barbaris uulgo narrantur, ueluti his qui circa Caucasum & in reliquis sunt montanis. His enim in more esse positum aiunt Euripideum hoc:

Lugere natum ob multa in quæ uenit mala.

Et morte liberatum tot laboribus,

Efferre lætos, cumq; faustis uocibus.

Alijs usus est neminem eorum qui grauissimum in se admiserint scelus interficere: sed tantum cum liberis extra suos fines eicere. Contra Derbices etiam ob leuia facinora morte, multant. Hi terram uenerant religiosè: nihil femellum immolât aut mactant. qui LXX annum excesserunt, eos iugulant: carnes genere proximi absumunt. uetulas strangulant, inde sepeliunt. qui intra LXX annum moritur, non editur, sed humatur. Siginni Persicis cætera uiuunt moribus. equuleis autem utuntur paruis, hispidis, & quales se fore ferre non queant. itaque iunguntur quadrigis. regit eas mulier, à prima ætate ad hoc condoce facta. quæ artem aurigandi optimè exercet, nubit cui uult. aiunt quosdam id sibi studio ducere, ut capite habere uideantur longissima, & frontes prominentes ultra genas. Tapyriorum est, quod uiri atrati incedunt, coma proluxa: mulieres ueste candida, capillo curto. habitant hi inter Derbicas & Hyrcanos. qui fortissimus eorum censetur, is quam uult uxorem ducit. Caspij eos qui LXX amplius annos uixerunt, fame euectos in solitudinem eiciunt. eminusq; spectantes, si à feretro detrahi eos ab auiibus uideant, prædicant beatos: sin à feris aut canibus, non itè: infelices, si omnino nō detrahan.

Tertia Asiae
pars.

Montis Tauri
descriptio.

Euphrates
Tigris.

Montes.

Vide tabul. 3.

Ptol. Asiae, c. 5. rus,

Quoniam autem septentrionales partes Asiae Taurus facit, quæ & intra Taurum dicuntur: principio de eo dicemus. Huius partis sunt, quæ uel ipsis sunt in moribus aut tota, aut maiore sui parte. Eorum quæ à Caspijs portis ortum uersus iacent, simplicior est enarratio, ob incolarum feritatem: neq; multum refert, huic ne an illi climati accenseantur. Occidua omnia copiam de se dicendi suppeditant. ut pergendum sit initio factio ab ijs, quæ Caspijs adiacent portis. Adiacet autem Media, uersus occasum, regio ampla, & rerum quondam potita, sita in medio Tauro: is enim ibi locorum in multas finditur partes, magnasq; conuallium continet cavitates. quod fit etiam in Armenia. Etenim hic mons à Caria quidem & Lycia incipit: sed neque latitudine ibi, neque altitudine in signi spectandus. Primum assurgit altè apud Chelidoneas. ex sunt insule in principio oræ Pamphiliæ. Porrectus exinde uersus orientem, conualles non ita magnas Cilicum. Hinc ab una parte Amanus ab eo abscinditur, ab altera. Antitaurus, in quo sita sunt Comana, urbs superioris Cappadociæ. atque hic quidem in Cataonia desinit. Amanus mons usque ad Euphraten & Melitenam progreditur, quâ Commagena iuxta Cappadociam porrigitur. excipit autem montes trans Euphraten sitos, contiguos prædictis, nisi quantum abscindit per medios transiens. Valde autem augetur eius & altitudo & latitudo & in multas partes diuisio. Tauri pars maximè is ad septentriones accedens est, quæ Armeniam à Mesopotamia diuidit. Hinc fluunt ambo Mesopotamiam (cui inde nomē est.) cingētes, inuicēq; coēntes prope Babyloniam, ac deinde in Persicū exeūtes mare fluuij, Euphrates & Tigris. Euphrates maior est, plusq; terrarū perlabit, alteo curuo. Fontes habet in Tauri septentrionalibus partibus. inde fluens per maiorem Armeniam uersus occasum usque ad minorem, hanc ad dextram habens, ad sinistram autem Liscenam: deinde uersus austrum se conuertit, attingitque ea in conuersione fines Cappadocum. quos ad dextram relinquens & Commagenam, ad laeuam autem Asicinsenam & Sophenam magnæ Armeniæ, ad Syriam progreditur. rursumq; alio flexu inde ad Babyloniam, atque hinc in sinum fertur Persicum. Tigris ex eodem monte delatus Seleuciam petit, ibiq; se Euphrati iungens, cum eo Mesopotamiam facit. deinde & ipse in eundem exit sinum. Fontes Tigridis & Euphratis distant inuicem stadia circiter CIO CIO IO. Enim uerò à Tauro uersus septentrionem multæ portiones abscinduntur. quarum una est Antitaurus, qui Sophenam includit in conualle inter ipsum atque Taurum sita. Trans Euphraten autem

ten autem deinceps post Antitaurum uersus septentrionem extenditur mons magnus, & uariè scissus. eius pars Polyarhen, alia Moschici montes, aliter appellantur. hi totam Armeniam usque ad Iberos & Albanos. Alij deinde uersus orientem assurgunt montes, qui succingunt regiones sub Caspio mari sitas, usque ad Mediam & Atropatij quæ dicitur & magnam. Partes horum montium uocant Parachoatram, qui usque ad Caspias portas excurrunt, & in alteram partem uersus ortum Ariam contingunt. hæc nomina sunt montium septentrionem spectantium. Austrini trans Euphratem, à Cappadocia & Commagena ad orientem tendentes, primum Taurus uocantur. is Sophenam, reliquamque Armeniam à Mesopotamia dirimit. quidam Gordyæos montes appellant. in his Masium quoque est, mons supra Nisibin & Tigrano certa situs. Attollitur deinde amplius, & Niphates dicitur. ubi scilicet sunt fontes Tigridis in austrina montis parte. De inde dorsum montis à Niphate magis magisque porrectum, Zagrium montem conficit, qui Mediam à Babylonia distinguit. Zagrium sequuntur, supra Babyloniæ quidem Elymaeorum & Paratacenorum: supra Mediam Colæorum montana. In medio iacent Media & Armenia, multos includentes montes, multas etiam montanas planicies, campos, magnasque conualles. complures etiam accolas gentes montanorum, exiguas & ferè prædæ deditas. Sic ergo intra Taurum collocamus Mediam (cuius sunt etiam portæ Caspiæ.) & Armeniam. Nostra itaque de sententia gentes hæc uersus septentrionem sunt, quando etiam intra Taurum. Eratosthenes uerò, cum diuississet regiones istas in austrinas ac septentrionales, & quæ uocat ipse sigilla descripsisset, aliud septentrionale, aliud meridionale uocans: finem utriusque climatis statuit Caspias portas. conuenienter ergo meridiei magis accidentia & uersus ortum à Caspijs sita portis, meridionalia pronunciauerit, in quibus sunt Media & Armenia: septentrionem magis spectantia, septentrionalia: isto alia atque alio constitutione eueniente. Fortasse autem id illi non congruebat, quia extra Taurum uersus meridiem nulla est pars Mediæ aut Armeniæ.

Media in duas diuiditur partes. quarum una magna dicitur, cuius primaria urbs Ecbatana, magna urbs, & Medorum regia. atque etiam ibi regni sedes Parthis est, ac ibi e-
Media. Tab. V. Asia.
 stitua habent reges: frigida enim est Media. hyberna Seleuciæ Tigridi impositæ prope Babylonem. altera est Media Atropatia. Nomen hæc habet Atropato duce, qui obstitit ne Macedonum ea in potestatem ueniret, quanquam magnæ esset portio Mediæ. quin etiam rex peculiaris creatus, ditionem eam ab alijs separatam constituit. & successio eius durat in hunc usque diem: cum posterî per nuptias affinitates contraxissent cum Armeniæ, ac Syris postmodò Parthisque regibus. Sita est regio ista ab Armenia & Mariana uersus ortum Solis, à magna Media uersus occasum. ab utrisque uersus septentrionem. ijs qui ad intimum sinum maris Caspij & Matianæ sunt, ab austro adiacet. Haud exiguum esse eius potentiam Apollonides tradit: utpote quæ ad x equitum, xl peditum millia possit suppeditare. Lacum habet, qui Spautia dicitur, in quo sales efflorescentes coguntur. ij pruritum, doloresque excitant. oleum malo ei medetur, & aqua dulcis sanat sic inflammatas uestes, si quis ignarus lauandi causa eo immerserit. Potentes habent uicinos Armenios ac Parthos, à quibus res ipsorum sæpe acciduntur. resistunt tamen, & ablata recuperant: sicut Symbacen receperunt ab Armenijs, cum hos Romani subiugassent, & ipsi accesserunt 16 ad Cæsarem. Simul & Parthos colunt. Regia ijs per astra em
 16
 est in planicie sita Gaza, & loco edito ac natura munito Vera: quam in expeditione Parthia oppugnauit Antonius. Abest ab Araxo flumine qui Armeniam ab Atroparena diuidit stadijs cto cto & cccc, ut Adelphius ait, Antonij comes, qui eius Parthicam expeditionem descripsit, oculatus testis, & qui ipse etiam partem exercitus duceret. Huius regionis cætera sunt opulenta, quod autem ad septentrionem uergit, montosum, asperum, & frigidum est. ibi degunt Cadusij montani, Amardi, Tapyri, Cyrtij, alijsque id genus: qui & aliunde in ista migrauerunt loca, & sunt latrones. Zagrus enim ac Niphates istas gentes sparsas habent. & qui in Persia sunt Cartij atque Hamardi (sic enim uocant Amardos:) & qui in Persia sunt, eodem hodieque nomine censentur, eundemque habitum tenent. Cadusij multitudine pedestri parum cedunt Arianis. optimè iaculo pugnât. in aspretis pedites loco equitum præliant. Antonio aut expeditione difficilè redegit non loci natura,
 N sed iu-

sed itinerū ductor Artavasdes Armeniorum rex: quē sibi insidiante Antonius consiliarius & magistrū bellicorū consiliorū adsciuit. Sū sit quidē pōnas ab eo, sed sero, cū ille multas in calamitates coniecisset Romanos: ut & ille, qui iter quod à Zeugmate ad Euphraten est usque ad fines Atropatenae, 100 000 stadiorum effecit, amplius quā rectae uiae duplū est: per montes, inuia, inq; gyrum circumducendo. Magna Media antiquitus Syrorum imperio euerso toti imperauit Asia. Postea temporis, cū Cyrus & Persae Astyagen deiecissent, multum tamen pristinae dignitatis retinuit. & Ecbatana hybernū erat domicilium Persis, ut & Macedonibus deinde qui istos euerterunt & Syriam occupauerunt. quā & nunc Parthis eundē usum atque securitatem praebe. Media maior de-
Cossai. finitur uersus ortum Parthia, & montibus Cossaeorum. Sunt hi latrocinij dediti. & ali-
quādo sagittariorum XIII millia eduxerunt, Elymaeis suppetias ferentes contra Susios & Babylonios. Nearchus ait, cū quatuor sint populi praedando uiuentes, de quibus Mar-
di Persis contigui erant, Vxij & Elymaei iisdem atque Susijs, Cossai Medis: omnes eos tributa à regibus exegisse: Cossaeos autem munera etiam accipere, cū rex aetate Echa-
tanis transacta in Babyloniam descendit. nimiam tamen eorum audaciam ab Alexan-
dro fuisse compressam, cū eos hyeme adortus esset. His ergo Media uersus ortum defi-
nitur. ac Paratacenis praeterea, qui contigui Persis, ipsi quoque montana incolunt, & la-
trocinia exercent. Versus Septentrionem autem Cadusijs qui supra Hyrcanum mare ha-
bitant, alijsque nuper dictis. Versus meridiem Apolloniari de, quam Sitacenam anti-
* qui dixerūt, & Zagro nostro tempore Sabatica * sita est, Mediae alij Elymaeis tribuunt.
uersus occasum Atropatijs, & Armenijs quibusdam. Sunt & Graecanicę urbes in Media,
à Macedonibus conditae, Laodicea, Apamea, & apud Ragas à Nicatore condita Raga.
quam ipse Europum appellauit, Parthi Arsaciam, uersus meridiem à Caspijs portis dis-
sitam 10 circiter stadijs, ut tradit Apollodorus Adramyttenus. Magna sui parte Media
sublimis est, & frigida. ac tales sunt etiam supra Ecbatana siti montes, & apud Ragas, Ca-
spiasque portas, atque in uniuersum septentrionalia loca usque ad Matianam & Armeni-
am. Ad Caspias portas solum humile & in conualle situm, uberrimum est, & omnium
ferax, dēta olea. quae etsi feritur alicubi, arida & pinguedinis expers nascitur. Hae re-
gio (.ut & Armenia.) equis alendis excellit: & inde quoddam pratum Hippobotum di-
citur, per quod transeunt qui à Perside & Babylonia ad Caspias proficiscuntur. in eo ali-
17 aiunt L millia equarum ē Persis, esseque armenta ea regia. 17 Nisaeos equos, quibus reges
utuntur, optimis & maximis, quidam hinc peti aiunt, alij ex Armenia. forma sunt pecu-
liari, ut & qui nunc Parthici dicuntur, à Graecanicis alijsque nostratibus diuersa. Sed & her-
bam, quae maximē equos alit, ex eo quod ibi abundat, peculiariter Medicā appellamus.
Silphium quoque fert Media, unde Medico succo nomen. Is longē deterior Cyrenaico,
interdum etiam ei anteit bonitate. siue id locorum differentia facit, siue species plantae
uariat, siue qui succum colligunt & conficiunt ad reponendum, & ad usum, hoc prae-
stant. Talis ergo est Media. Quod ad magnitudinem, aequali ferē est longitudine atque
latitudine. haec maxima uidetur à transitu Zagri (.portam Mediam nominant.) usque
ad portas Caspias per Sigrianam, stadiorum quater mille & c. Magnitudini & potentiae
regionis eius respondet tributorum quoque historia. Nam cū Cappadocia cōferat Per-
sis quotannis ultra censum argenteum equos 100 000, mulos bis mille, oues 100 000: ferē du-
plum huius Mediae pendebant. Mores ferē cōmunes sunt Medis atque Armenijs: quia
& regio adsimilis est. Medos tamen principes autoresque fuisse & his istorum ferunt, &
Persis, qui Media occupata in dominationem Asiae successerunt. Nam qui nunc dici-
tur Persicus uestitus, & sagittandi ac rei equestris summum studium, regumque cultus,
ornatus, & honores quasi diuini regibus ab subditis qui habentur: à Medis sunt profa-
cta. Idque uerum esse, maximē ē uestitu apparet. nam tiara, pileus, manicatae tunicatae, &
anaxyrides (.siue ex sunt braccae.) in frigidis locis & aquilonaribus, ut sunt Mediae, gesta-
men sunt commodum in austrinis minimē. Persae autem habitationem suam ut pluri-
mam habent ad rubrum mare, meridionaliōres Babylonijs & Susijs. sed euersis Medis.
etiam quaedam Mediae contēmina in suam redegerunt potestatem. Sed uictoribus ita
ob maiestatem & regio ornatui conuenientem dignitatem placuerunt à uictis Mediae

QVARTA ASIAE

TABVLA CONTINET CYPRVM,
SYRIAM PALESTINAM, ARABIAM DVPLICEM, MESO-
potamiam & Babyloniam. Parallelus ipsius medius rationem
habet ad meridianum, quam 5 ad 6. Terminatur autem tabula ipsa
ab ortu Assyria & Susiana & parte sinus Persici. Ab austro parte
eiusdem Persici sinus, felici Arabia & interiori parte sinus Arabici.
Ab occasu, parte Aegypti & mari Aegyptio, Syriaco atq; Pama-
philio ac Issico sinu & Cilicia. Ab Arctis, angustijs Cilia-
ciae & parte Cappadociae & maioris Armeniae.

		H.	m.	H.	m.
Cypri	Paphus	14	26	0	15
	Amathus	14	25	0	22
	Salamis	14	29	0	27
	Laodicia	14	26	0	34
	Hierapolis	14	31	0	44
Syria	Apamia	14	26	0	40
	Palmyra	14	15	0	51
	Heliopolis	14	15	0	34
	Panaia Caesarea	14	15	0	29
	Damascus	14	15	0	37
Palestinae	Caesarea Stratonis	14	12	0	26
	Ascalon	14	8	0	20
	Neapolis	14	8	0	28
	Hierosolyma	14	8	0	24
	Petra	14	0	0	27
Arabiae Petrae	Medaba	14	2	0	34
	Bostra	14	8	0	39
	Edessa	14	40	0	50
	Nisibis	14	40	1	0
	Nicephorium	14	26	0	54
Mesopotamia	Lambana	14	30	1	10
	Seleucia	14	29	1	15
	Babylon	14	25	1	15
	Barsisa	14	20	1	3
	Orchoa	14	14	1	3
Babylonia	Teredone	14	5	1	20

Habet diem maximum.

Distat ab Alexandria versus ortum.



recepta, ut nuditate & leuissimo uestitui mulierebrem stolam ac uestem ad talos dependentem, prætulerint. Sunt qui tradant, Medeam dominio istarum regionum cum lasonepeditam uestem illam excogitauisse, & quoties præter regem exiret, faciem uelasse. Medea.
Iason. Ac lasonis quidem monimentum esse sacella lasonia, quæ religiosissime à barbaris coluntur. (Est & magnus mons supra Caspias portas ad laeuam, qui lasonium uocatur.) Medea autem, uestem & nomen regionis dicunt etiam Medum eius filium in regnum successisse, ac prouinciæ ei nomē a se factum reliquisse. Cum his consentiunt etiam lasonia Armeniæ, nomēq; regionis, & plura alia, de quibus suo dicemus loco. Id quoque Medorum est, regnum fortissimo deferre: neque tamen omnes hoc seruant, sed montani magis etiam hoc, ut rex multas habeat uxores. quem quidem morem omnes Medimontani tenent: neque licet pauciores habere mulieres, quam septem. Mulieres quoque in parte felicitatis ponere aiunt, alere quamplurimos uiros: intra quinque, id uero calamitosum deputare. Cum autem reliqua Media omnium rerum abundet copia, montana uersus septentrionem sterilia sunt. itaque uescuntur arborum frugibus, & mazas faciunt ex aridis pomis confectis, panesq; e tostis amygdalis: & uinum e radicibus quibusdam exprimunt. carnibus aluntur ferinis, pectus cicur non educant. Tantum de Medis de Medicis quæ uniuersæ communia sunt Media, quoniam Persarum dominatione hæc Persis subsunt, suo dicemus loco.

Armeniæ partes uersus meridiem uergentes, ante se situm habent Taurum montem, qui à tota eas regione dirimit quæ inter fluuios Euphratem & Tigrim intercepta, inde Mesopotamiæ nomen gerit. Orientalia Media attingunt cum magnam tum Atropatenam. Versus septentrionem sunt montes qui Caspio imminent mari Parachoatri: tum Albanī, Iberī, & Caucasus circumdans istas gentes, Armeniamq; attingens, cumq; Moschicis etiam coiens, & Colchicis, usque ad eos qui Tibareni dicuntur. Ab occasu cum istæ sunt gentes, tum Paryadres mons, & Cydises usque ad Armeniam minorem, & Euphratis alueum, quo Armenia à Cappadocia & Commagena distinguitur. Etenim Euphrates in septentrionali latere Tauriscaturiens, ab initio uersus ortum fluit per Armeniam, deinde ad austrum se conuertens, Taurum secat inter Armeniam, Cappadociam, & Commagenam. inde se prouens, ubi in Assyriam uenit, flectit sese uersus hybernium ortum, usque ad Babylonem, & cum Tigri coniunctus Mesopotamiam includit. ambo autem in Persicum deferuntur sinum. Omnia hæc in orbem Armeniæ circumposita, montosa ferè sunt & aspera: demtis ijs quæ aliquantum ad Mediam inclinant. Rursum si a Tauro initium sumas ab ea parte quæ trans fluuium Euphratem opposita est Commagene & Melitenæ: Masius mons est, imminens supernè Mygdonibus in Mesopotamia uersus Austrum sitis, in quibus est Nisibis. Septentrionem uersus Sophena est, Masius inter Antitaurum. qui ab Euphrate & Tauro initium sumens, in partes Armeniæ orientales desinit, mediane transiens Sophenam: & ab altera parte Acilisenam habens, sitam inter Taurum & Euphratem, priusquam ille ad Mesopotamiam uersus meridiem sese conuertit. Regia Sophenes est Carcathiocerta. Supra Masius longe uersus orientem iuxta Gorgodylenam Niphates est: deinde Abus, unde Euphrates Araxesq; prolantur, uersus occasum alter, alter uersus ortum. deinde Nibarus usque ad Mediam porrigitur. Diximus de Euphratis fluxu. Araxes uersus ortum latus usque ad Atropatenam, ad occasum deinde & septentriones inclinat. ac primum Azaram præterfluit, deinde Artaxata Armeniæ urbem: post per Araxenum campum in Caspium effunditur mare. In ipsa autem Armenia multi sunt montes, multæ montanæ planicies, in quibus ne uitis quidem facile nascatur. Multæ etiam conualles, aliæ mediocriter, aliæ admodum uberes. de quarum numero sunt Araxeni campi, per quos Araxes labens ad extrema Albaniam in Caspium mare se effundit. ac postea Sacastena, ipsa etiam Albaniam attingens, & Cyrum fluuium. Sequitur Gogarena. Tota enim hæc regio frugibus & arboribus abundat mansuetis, itemq; semper uiuentibus. oleæ etiam ferax est. His adnumeranda Phanenam Armeniæ prouinciā, & Comisenam, & Orchistenam, quæ plurimum præbet equitatum. 18 Chorzena & Cambyseña maxime sunt sitæ uersus septentrionem, 18 ideoq; etiā niuosissima, pertinetes ad Caucaſi montana, Iberiamq; & Colchidem. ferunt Nix
ibi in

Armenia tab.
Asia Ptol. 1. 3.
4. 6. confer.

Vide Tab. Asia
Ptol. 3.

Araxes.

ibi in traiectu montium totos comitatus interdum niuibz montanis abforberi, si quando uinxit uehementius. & ad hac pericula sustinenda uiatores habere baculos, quos insuperficiem erigant: ut & respirare possint, & suum casum aduentantibus significare. & quidem eos auxilium consequi, effodi, atq; saluti restitui. Tradunt etiam in niue glebas coire cauas intus, aquam utilem tanquam in tunica continentes. & animalcula quoque in ijs nasci, quæ uermes Apollonidæ uocantur, cossæ Theophanis. in istis autem bonam aquam contineri, quæ scissis circum tunicis bibatur, ortum animalculorum talem conijciunt, qualis est culicum in metallis & flamma & fauilla. Memoria proditum est Armeniam, cum olim fuisset parua, auctam fuisse Artaxiæ & Thariadæ opera. Hos, cum antea fuissent duces militiæ apud Antiochum Magnum, illo deuicto ipsos regnum tenuisse, alterum Sophenæ, Acilisenæ, & Odomantidis, alterum circa Artaxata: & Armeniam auxisse, cum portiones circumiacentium ditionum ad se raperent. Medis ademisse Caspianam, Phauniten, & Basoropedam. Iberis quæ ad montes Paryadri & Chorzenam atque Gogarenam, quæ est trans Cyrum. Chalybibus & Mosynœcis Parenetam, & Xerxenam quæ sunt paruæ Armeniæ confines, eiusque partes. Cataonibus Acilisenam & quod est ad Antitaurum regionis. Syris Tamoniten. ita ut eadem omnes utantur lingua. Urbes Armeniæ sunt Artaxata, quàm et Artaxia sata uocant, conditam Artaxæ regi ab Annibale, qui utriusque autor fuit. * ad Araxen. Artaxata sita est ad fines Atropatenæ. Artaxata autem ad campum Artaxenum condita est eleganter, regia Armeniæ. Iacet in cubito quodam peninsulam referente, cincta muri loco flumine, nisi quam isthmus est. is fossa & uallo includitur. Haud procul ab ea urbe sunt Babylsa, & Olane castella montana, ubi Tigranis & Artabazi gazæ adseruabantur. fuerunt & alia supra Euphratem. Artageras ad defectionem perduxit Ador castelli præfectus: Armeniæ autem duces diuturna oppugnatione id ceperunt, murosq; diecerunt. Flumina Armeniæ sunt multa. notissima horum, in Euxinum mare exeuntia Phasis & Lycus: (pro quo non recte Thermodontem Eratosthenes ponit.) in Caspium autem Cyrus & Araxes, in rubrum mare Euphrates & Tigris. Sunt & paludes in Armenia magnæ. quarum una est Mantiana, quam caruleam interpretantur, maxima post Maotidem, ut aiunt. aquæ salæ, usque ad Atropatiam pertingens, in qua palude etiam sal coit. Arsena uero, quæ & Thonitis, nitrosa est palus, ita ut eluat sordes uestium, ac fullonis operam ijs purgandis præbet. itaque aqua eius potui non est. Per hanc Tigris fertur, à Niphate monte ruens, neque miscetur paludi ob uelocitatem, à qua ei nomen, nam sagittam Meditigrin uocant. Tigris multorum generum pisces habet. palustres unius sunt formæ. In intimo paludis recessu Tigris in uoraginem incidens, longoq; spacio infra terram labens, apud Chalontidem emergit. inde ad Opin, & Semiramidis murum procurrit, Gordyæos ad dextram relinquens, totamq; Mesopotamiam, contra Euphrates ad sinistram eandem habens labitur. coniuncti autem postquam Mesopotamiam concluserunt, alter per Seleuciam per Babylonem, alter in Persicum sinum deuoluuntur. sicut alibi diximus, cum aduersus Eratosthenem & Hipparchum disputarem. Sunt & auri metalla in Hispiratide apud Cambala, ad quæ Memnonem cum militibus misit Alexander. allata sunt autem ab incolis. quin & Opandicus, qui Armenus dicitur, colore chalces, id est, purpureo. Adeo autem equorum ferax est regio, Mediæ nihil hac in re cedens, ut hæc quoque Nisæi equi nascantur, quibus uti Persarum reges solebant. & Armeniæ Satrapa Persæ quotannis xx millia pullorum mittebat à Mithracinis. Artauasdes Antonio præter alium equitatum, grauis etiam armaturæ. (cataphractos.) equorum turmam sex millia continentem & instructam monstraui, cum unâ cum eo in Mediâ irrupit. Hunc equitatum non Medi modo, & Armenij studiosè tenuerunt, sed Albani etiam. nam & hi cataphractis utuntur. Opulentiam regionis ac potentiam inde licet æstimare, quod Pompeius, cum Tigrani patri Artauasdæ indixisset argenti talenta 100 000, statim in exercitum Romanum distribuit, militibus in caput CL denarios, centurionum unicuique 1000, tribunis militum singulis talentum. Magnitudo Armeniæ à Theophane sic describitur. Longitudo à schœnorum c, latitudo dupla: schœno stadia XL continente. In qua remodum ille excessit. Verò propius est, ea posita, quam is adsignauit, longitudine, latitudinem

tudinem statuere semissem eius, aut etiam aliquid minus. Dictum est de Armenia ingenio & opibus. Quod ad antiquitatem gentis attinet, talis fertur narratio. Antiquitates Armenia. Armenus Armenio oriundus, Thessaliæ oppido, sito inter Pheras & Larissam, quæ est ad Boëbeidem lacum sicut diximus: Iasoni expeditionis in Armeniam comitem se præbuit. Ab hoc nomen habere Armeniam affirmant Cyrillus Pharsalius, & Medius Larissæus, qui castra Alexandri sunt secuti. qui cum Armeno fuerunt, eorum alios sedes posuisse in Acilisena, quæ antè sub Sophena fuerat: alios in Syspiritide, usque ad Calachenam, & Adiabenam, quæ extra fines est Armeniæ. Quin & Armeniacam uestem, Thessalicam esse aiunt: ut sunt demissæ tunicæ, quas Aetolicas in Tragœdijs appellant, & cingunt circa pectus, & ephaptidas, seu humeralia, quod etiam Tragœdi imitati essent Thessalos: nam adsciticio tali aliquo ornatu indigebant. Thessali autem maximè proluxa stola utentes, (ut probabile est, quod omnium Græcorum maximè sint septentrionales, & frigidissima incolant loca.) commodissimam imitandi occasionem præbuerunt. sed & histrionum apparatus in effingendo, & rei equestris studium, Thessalica esse aiunt his similiter & Medis. Porro Iasonis expeditioni testimonium perhibent Iasonis sacella, quorum quædam reguli euerterunt: ut & Parmenio templum Iasonis quod erat Abderis. Araxem porro existimant appellatum ab Armeno ob similitudinem cum Peneo eodem nomine. nam & Peneum Araxis nomen reperisse, quod Ossam ab Olympo abruptisset & per Tempe se proripisset. Ita Araxen quoque in Armenia à montibus delapsam antiquitus aiunt in latum se effudisse, inque subiectis stagnasse campis, cum nullum haberet exitum. Iasonem autem Tempe imitatum, meatum aperuisse cauum, per quem nunc aqua in Caspium mare se præcipitat. exinde Araxenum campum detectum fuisse, per quem Araxes ad catarractas fertur. Hæc de Araxe narratio habet aliquid probabilitatis. Araxes. Herodoti non item. is eum à Matianis fluentem, in XL scindi fluuios, & Scythas à Bactrianis diuidere. quem tamen etiam Callisthenes secutus est. Dicitur etiam quosdam Aenianum partim Vitiam condidisse, partim supra Armenios consedisse ad Abum & Imbarum. hi montes, Tauri sunt portiones. & Abus prope uiam est qua ad Ecbatana itur, præter Baridis templum. Ferunt etiam Thracas quosdam, cognomento Saraparas, hoc est capitum amputatores, supra Armeniam habitare, prope Guranios & Medos, feros homines, & contumaces, montanos, qui crura & capita hominibus solerent præcidere. id enim uox Sarapara significat. De Medea in Mediæ descriptione dictum est. Ex his ergo omnibus conijciunt, tam Armenios quam Medos cognatos esse quodammodo Thessalis, qui ab Iasone & Medea descenderunt. atque hæc est uetus narratio. Recentior, & à Persis incipiens atque ad nos usque pertinens, in summa ut commemoretur conuenit. Armeniam possederunt Persæ: inde Macedones: post qui Syriam & Mediam obtinuerunt. Horum ultimus fuit Hydarnis è septem Persarum proceribus unius de posteritate Orontes. Postmodò ab Antiochi Magni, eius qui contra Romanos bellum gessit, ducibus diuisa est in duas partes, Artaxij & Zadiadis. atque hi regis permissu imperauerunt. uictio eo, Romanis se dediderunt, & ab ijs reges sunt appellati. Ab Artaxio prognatus fuit Tigranes, posseditque eam quæ propriè dicitur Armeniam, contiguam Mediæ, Albaniam Iberiam, & pertinentem usque ad Colchidem atque Cappadociam ad Euxinum mare sitam. A Zariadre ortus fuit Artanes Sophenus, austrinas partes, & quæ de his magis occasum spectant tenens. hoc Tigranes Tigranes. oppresso, in suam omnia redegit potestatem. Varia fortuna usus est hic Tigranes. Initio obses apud Parthos fuit. deinde ab ijs in patriam restitutus, cum mercedis loco LXX conualles Armeniæ accepissent: uiribus auctus. cum istas recuperauit, tum Parthorum ditionem populatus est, quæ 20 circa Ninum est & Arbela. Subditos 20 etiam sibi habuit Atropatenos & Gordyæos: cum quibus & Mesopotamiam, & Syriam etiam transmissis Euphrate ac Phœnicen ui occupauit. Eò usque elatus, urbem condidit uicinam Iberiæ, inter hanc & Zeugma quod est ad Euphraten, quam Tigranocerta nominauit, conducens in eam homines è XII quas euastauerat Græcanti-

cis urbibus. Sed superuenit Lucullus, qui Mithridatem bello presserat, habitatoribusque domum quoque suam dimissis, opus semiperfectum subuertit, exiguumque pagum reliquit. Syria etiam & Phoenice eum expulit. Huius Tigranis successor Artabases, floruit quamdiu Romanorum coluit amicitiam. Cum autem Antonium Parthis prodidisset in bello contra eos suscepto, poenas dedit. uinctos enim ab eo Alexandriam abreptus, & in triumpho per urbem ductus, habitusque aliquantisper in custodia, bello Actiaco glisciente interfectus est. Omnia Persarum sacra & Mediarum Armeniarum religiosè colunt: præ ceteris uero Anaitidem Armeniarum. cui & alibi templa posuerunt, & in Acilisena. ibi seruos seruasque ei consecrant: quod sanè mirum non est. Sed & illustrissimæ eius nationis filias suas uirgines ei dedicant. ac lex est, ut longo tempore apud deam constupratae, deinde nuptum dentur: nemine talis mulieris coniugium dedignante. Tale quippiam etiam Herodotus de Lydijs mulieribus scribit. Omnes enim eae, ut ait, meretrices sunt. & amatores ita blandè tractant, ut & hospitium præbeant, & sepe plura munera dent quam recipiant: ut potest e re lauta sumtum, suppeditantes. non autem quosuis hospitio excipiunt, sed eos præcipuè, qui dignitate ipsi sunt pares.

IN LIBRVM VNDECIMVM INTER PRETIS ANNOTATIONES.



Aortum porrectus.] Pro τετταμυδιον lego τεταμυδιον. μοχλον τ' Ασις ex epitomis. ταμνιων λεοντα.] πολισιαζοντα πολιο.

2 **Adiecit autem.]**

Quis adiecit? Locus non est integer. uidetur autem ad Posidonium referri. Θεογονισται scripsi, ut sententia appareret.

3 **Asia est.]** Haud dubiè hæc τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν, mendum habent, de Sindica constat ex Ptolem. tab. 2. Asiæ. Plinio 6. 5. & Stephano etiam. Fortasse Sarmatiae Asiaticæ mentio facta fuit. Στενὸν etiam Phthirophagorum, angustias, non noui, itaque gentem uertere malui.

4 **Vicinum Heracleo.]** Hoc quidem in Taurica Cherroneso ponit Ptolemæus in 11 X Asiæ tabula. Parthenium uero & quæ sequuntur. Bosphori sunt, de quo non dubitandum arbitror. Itaque locus integer non est. Sententiam puto esse. Myrmecium uicinum est Heracleo siue Herculeo. Cæterum ab Achilleo sequitur Parthenium. idque secutus sum.

5 **Pagus & portus.]** Pro νόμῳ reposui νόμῳ, quod & uetus interpretis est secutus, & Aldus habet.

6 **Charus fluuius.]** Confusa hæc sunt pro χάρῳ. χάρῳ legi ῥῆσιν ὁ χάρῳ. sorte est Charistus Ptolemæi. sæpe enim dissentiunt hi duo in situ assignando. Soanes, non Poanes scribendum, liquet ex epitomis & Stephano.

7 **Quatuor.]** In Græco καὶ δὲ καὶ est, ut non quatuor, sed XIII sint. Sed quatuor duntaxat recep-

sentur. Sed & in Albania multa non coherent. ego in uertendo secutus sum sensum. Πέντα μὲν γὰρ ἐκφεραται.] Puto per parenthesis in hac dici, & γὰρ deletο ἐκφερατα scriptum. Homericæ ex Homero correxi de uita Cyclopica.

8 **Ἀνεχωρῶ ἐκ τῶν ἠκεανῶν.]** Hæc uerba hoc uidentur innuere, ex Oceano sinum hunc effundi, quod falsissimum esse constat, quantumuis Strabonis fuisse etate creditum liquet. Nam infra etiam ait, Cassium mare ab Oceano impleri. Suprà multa correxi in Græco ex coniectura, cuius ratio e uersione & ipsa grammatica repeti potest. Hic autem pro Clusij Cadusios ex ipsa re correxissem, etsi epitomæ me destituisset, quarum mendum in uoce Ἀγιάκων uel Stephanus tollere possit. Mox de Cadusijs ipse Strabo.

9 **Parni.]** Parni infra, & Ptolemæo 6. 10. itaque & ante & abiecti. Quintios autem & Vitiā non dubio esse mēdosa uocabula. tamen hoc infra repetitur. Confer tertiam Asiæ tabulam apud Ptolemæum. pro Νάξαρ καὶ lego cum Stephano ἐν Ἀναρτακίῳ. Etsi locus est heic lacer. Πάξιον.] Fortè uoluit intelligi παρὰ τὸν Ἀναρτακίον. Sed res non planè respondet. Νάξαρ post τὸν Ἀναρτακίον scribuntur. rectius hoc, ut & Stephano conijcio.

10 **Parachoatras.]** Ptolem. in tabula V. Asiæ Παρχοάτρας uocat lib. 6. cap. 4. & 6. Vide illam tabulam, & septimam supra posita, ut intelligas hunc locum.

11 **Post Hyrcanos.]** Deest μετὰ puto aut τὸν respexi ad aliās de his dicta.

12 **Alterum sapientum.]** Συγγενῶν hic inculcatum est, sorte pro σοφῶν. Sed quæ sequuntur uerba de Arla & Maryana, utrum ad Parthiam, an uerò extrita

extrita librariorū vitio digressione. ad Ariæ descriptio-
nē, & huius ipsius aliqua parte, ad Ariā pertinet. Hoc
quidem puto. Nā certē ista *ωριζοσι δ' αὐτὰρ* c.
perspicuē de Aria sunt, cuius hoc nomine fluium &
Ptolem. nouit, & Plinius 6. 23. mascul. gen. & hic in-
frā Strabo protulit. Quid de reliquis senserim, uersio
mea ostendit. Certē Margianam mallem quam Bactria=
nam legere, & *ἀπέχει δὲ τῆς Ὑπεραντιος*. Ptolemæo
hic cum Strabone planē non conuenit, causa in promptu
est, neque Strabo dissimulauit dissensionem scriptorum.
tamen probabile est, Ptolemæum meliores secutum, &
certius omnia habuisse cognita.

13 Alij XXX.] Erat *βιακοσίωρ*, CCC. liquidō fal-
sum. Herodotus libro 11, & lib. VI. *paraſangam* diser-
tē pronunciat stadia habere XXX. quem secutus sum.
ἵμας suprà, heic *ἵμας* scribitur pro *ἵμας*. *ὅδ' ὅρ*
ῶτε.] *ὅδ' ὅρ* *ῶτε* lego. *τὸ μὲν κς ὕφαρ ἐστὶ τὸ πλά*
τὸς.] Fortē *τὸ πλάτ*.

14 Ad Tamarum.] vox nihil huc faciens. Eu-
ripid. uersus apparet esse ex Cresphonte: Vide Cic. fine
Tuscul. I. & Stobæum ferm. CXIX. ex quo, & Plutar.
fine de audiendis poetis mendum correxi. Themistocle
apud Stobæum ineptē legitur. *σίγιννοι*.] Si rectē sic
legitur, nomē est gentis barbaræ. *οὐκ ὁ χόρσας* pro *ὁ νιο*
χόρσας erat ridiculē. Infra tertia in Asiæ partis initio.
Primum de eo.] De quo? Tauro scilicet. Locus est
confusus: Vide diuisionem initio libri propositam, &
ad quintam Asiæ tabulam te refer.

15 Ad septentriones.] *Νοτιώτατος*, maxi-
mē austrinum. Atqui id uerum non est, cum Euphrates
uersus meridiem fluat. & Cilicia longē admodum sit
quam Armenia australior uide tertiam & quartam A-
siæ tabulam, adeoq; primam. legi ergo *Βορειώτατος*.
nā Strabo hac minime ignorauit, & mox ipse *τὸ πρὸς*
Βορρῶν Tauri *μερ* & dicitur, ubi oritur Euphrates.
Quid rei autem sit Liscena, ignorare me fateor. In epi-

tomis (.quæ multo plura habent, quam nos: haud scio
an aliunde corrasa, quod fieri potuit: an uerò ex libris
melioribus Strabonis decerpta, quod licet suspicari.)
est *ἀκλίσινη*, Aclisena, itidem mihi ignota. infra re-
ctē legitur *ἀκλίσινη*, Aclisena.

16 Ad Cæsarem.] Locus mancus. scio quid ex
historia conijci possit. sed malo alijs hoc liberum face-
re. Infra *Κύρσιος* leguntur, & ijdem mox *Καῖσιος*.
quod probō, uel Stephani ductu.

17 Nisæi equi.] Epitomæ, etiā scriptæ, *Νισαῖος*
habent, itemq; Stephanus, ubi ordo litterarum lectio-
nem stabilit. & supra quoq; hoc ipso libro Nesea Hyr-
caniæ uicina legebatur: fortasse alia. Certē Plin. 6. 25.
Niseam legit Parthiæ adscribens. Ita, & Niseos equos
legit etiam Eustath. in Iliad. 6. 558. & in Dionysium.
& apud Plutar. in Pyrrho est *Νισαῖος ἵππος*. itaq;
hos sequor cum & infrā sic legatur.

18 Chorzena.] Forte Chotatena Ptolemæi. sed
de his uocabulis disputatur in thesauro nostro, seu ono-
mastico Geographico. Non multo post pro *ὀρίπας*.
repositi *ὀρίπας* & *φειλάου* habent epitomæ. quid
enim hic sit *πριτάου*. post *τὸ ἀμισκνῆς* lego *ἐκ*
σιλινῆς.

19 Ad Araxen.] Locus est mutilus. pro *ἀρταξίς*
σαῖα, ὡς αἶσιν habet Stephanus. Artaxam ē Lucullo Plu-
tarchi castigo. Mox Thonitis.] Sic correxi ē Dio-
nysij periegesi, & Eustathio eius interprete ibi.

Esi δὲ *ἡς κατὰ μέσας περὶ φοχὸς ὕδασι λίμ*
νη, ὅνομα ὠνίης,
pro *ὁρξάνειν* est *ὁρξέει* apud Eustathium, sed no-
strum mala.

20 Circa Ninum.] *Βερίσιος*. περὶ Νίνου legi
ex coniectura. Pro Tanaide autem Anaitidem repositi
non modò epitomas, sed etiam Plutarchum &
alios secutus scriptores. ipsumq; adeo
hoc in libro Strabonem.

F I N I S.

O 2 S T R A